Dei scripta sunt. [47] Et conuenerunt ibi ex alijs na-
tionibus terræ, & erexerunt sacrariũ in loco suo
omnes gentes terræ, & offerebãt hostias, & holo-
cautomata Domino matutina. [48] & egerũt sceno-
pegiam, & diem solennem, sicut præceptum est
in lege: & sacrificia quotidie, sicut oportebat:
[49] & post hæc oblationes institutas, & hostias sab-
bathorum, & neomeniarum, & dierum solen-
nium omnium sanctificatorum. [50] Et quotquot
vouebãt Domino à neomenia septimi mẽsis, cœ-
perunt hostias offerre Deo, & templum Domini
nondum erat ædificatum. [51] Et dederunt pecu-
niam lapidarijs & fabris, & potum & pabula cũ
gaudio. [52] Et dederunt carra Sidonijs, & Tyrijs,
vt transuecherent illis de Libano trabes cedrinas,
& facerent rates in Ioppe portu, secundùm decre-
tum quod scriptum erat eis à Cyro rege Persa-
rum. [53] Et in secundo anno venientes in templũ
Dei in Ierusalem, mense secundo inchoauit Zo-
robabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, &
fratres ipsorum, & sacerdotes & Leuitæ, & om-
nes qui venerant de captiuitate in Ierusalem:
[54] & fundauerunt templũ Dei nouilunio secundi
mensis secundi anni, cùm venissent in Iudæã &
Ierusalem. [55] Et statuerũt Leuitas à viginti annis,
super opera Domini: & stetit Iesus & filius eius,
& fratres omnes Leuitæ conspirantes, & executo-
res legis, facientes opera in domo Domini. [56] Et
steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis:
& Leuitę filij Asaph, habentes cymbala [57] collau-
dantes Dominũ, & benedicentes secũdùm Dauid
regem Israel. [58] Et cantabant canticum Domi-
no, quoniam dulcedo eius, & honor in secula su-
per omnem Israel. [59] Et omnis populus tuba ce-
cinerunt, & proclamauerũt voce magna, collau-
dantes Dominum in susceitatione domus Domi-
ni. [60] Et venerunt ex sacerdotibus & Leuitis, &
præsidentibus secundũ pagos senioribus, qui vi-
derant pristinã domum: [61] & ad huius ædifica-
tionem cum clamore & planctu magno, & multi
cum tubis & gaudio magno: [62] in tantũ vt popu-
lus non audiret tubas propter planctum populi.
Turba enim erat tubis canens magnificè, ita vt
longè audiretur. [63] Et audierũt inimici tribus Iu-
dæ, & Ben-iamin, & venerunt scire quæ esset vox
tubarum. [64] & cognouerunt quoniã qui erant ex
captiuitate, ædificãt templũ Domino Deo Israel.
[65] Et accedentes ad Zorobabel & Iesum, præpo-
sitos pagorum, dixerunt eis, Ædificabimus vnà
vobiscum. [66] Similiter enim audiuimus Dominũ

vestrũ, & ipsi pariter incedimus à diebus Asba-
zareth regis Assyriorum, qui transmigrauit nos
huc. [67] Et dixit illis Zorobabel, & Iesus, & princi-
pes pagorum Israel, [68] Non est nobis & vobis æ-
dificare dominũ Dei nostri. nos enim soli ædifica-
bimus Domino Israel secundũ ea quæ præcepit
nobis Cyrus rex Persarũ. [69] Gentes autẽ terræ in-
cumbentes his qui sunt in Iudæa, & leuãtes opus
ædificationis & insidias, & populos adducentes,
prohibebant eos ædificare, [70] & aggressuras ex-
ercentes impedierunt, ne consummaretur ædifi-
cium omni tempore vitæ Cyri regis, & protraxe-
runt structuram per biennium vsque ad Darij
regnum.

CAP. VI.

[1] IN secundo autẽ anno regni Darij prophetauit
Aggæus, & Zacharias filius Addin prophetæ
apud Iudæam & Ierusalem in nomine Dei Israel
[2] super eos. [3] Tunc stans Zorobabel filius Sala-
thiel, & Iesus filius Iosedec, inchoauerũt ædifica-
re domũ Domini, quæ est in Ierusalem: [4] cũ ad-
essent eis prophetæ Domini, & adiuuarent eos. In
ipso tempore venit ad illos Sisennes subregulus
Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales
[5] eius: [6] & dixerunt eis, Quo præcipiẽte vobis do-
mũ hanc ędificatis, & tectum istud, & alia omnia
perficitis? Et qui sunt structores qui hęc ædificãt?
[7] Et habuerunt gratiam visitatione facta super
eos, qui erant ex captiuitate à Domino seniores
[8] Iudęorũ, & nõ sunt impediti ædificare, donec
significaretur Dario de omnibus istis, & respon-
[9] sum acciperetur. [10] Exemplum epistolę, quã mi-
serunt Dario: SISENNES subregulus Syriæ, &
Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales eius in Sy-
[11] ria, & Phœnice præsides, regi Dario saluté. [12] Om-
nia nota sint domino regi, quòd cũ venissemus
in regionem Iudęæ, & introissemus in Ierusalem,
inuenimus ædificantes domum Dei magnam:
[13] & templum ex lapidibus politis, & magnis &
[14] pretiosis materiis in parietibus, [15] & opera illa in-
B stãter fieri, & suffragare, & prosperare in manibus
eorum, & in omni gloria quam diligentissimè
[16] perfici. [17] Tunc interrogauimus seniores, dicentes,
Quo permittente vobis ędificatis domum istam,
[18] & opera hæc fundatis? [19] Ideo autem interroga-
uimus eos, vt notum faceremus tibi homines &
præpositos, & nominum scripturam præpositorũ
[20] postulauimus illos. [21] At illi responderunt no-
bis, dicentes, Nos sumus serui Domini, qui fe-
[22] cit cælum & terram, [23] & ædificabatur hęc do-
mus ante annos istos multos à rege Israel magno
[24] & fortissimo, & consummata est. [25] Et quoniam
patres nostri exacerbantes erant & peccauerunt
in Deum Israel, tradidit eos in manus Nabucho-
donosor regis Babyloniæ, regis Chaldęorum,
[26] & domum istam demolientes incenderunt,

& populum captiuum duxerunt in Babylonem.
[27] In primo anno regnante Cyro rege Babyloniæ,
scripsit Cyrus rex domum hanc ædificare: [28] &
illa sacra vasa aurea & argentea quę extulerat Na-
buchodonosor de domo quæ est in Ierusalem,
& consecrauerat ea in suo templo, rursus protu-
lit ea Cyrus rex de templo quod erat in Babylo-
nia, & tradita sunt Zorobabel, & Salmanasaro
subregulo. [29] & præceptum est eis vt offerrent
hæc vasa, & reponerent in templo, quod erat
in Ierusalem, & ipsum templum Dei ædificare in
loco suo. [30] Tunc Salmanasarus subiecit funda-
menta domus Domini, quæ est in Ierusalem: &
exinde vsque nunc ædificatur, & non accepit
consummationem. [31] Nunc ergo si iudicatur à te
ô rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cy-
ri regis quæ sunt in Babylonia: [32] & si inuentum
fuerit consilio Cyri regis cœptam esse structu-
ram domus Domini, quæ est in Ierusalem, & iu-
dicatur à Domino rege nostro, scribat de his no
bis. [33] Tunc Darius rex præcepit inquiri in bi-
bliothecis, & inuentus est in Ecbathanis oppi-
do, quod est in media regione locus vnus in quo
scripta erant ista. [34] ANNO primo regnante Cyro,
rex Cyrus præcepit domũ Domini quæ est in Ie-
rusalem ædificare, vbi incendebant igni assiduo,
[35] cuius altitudo sit cubitorum decem, & latitudo
cubitorum sexaginta, quadratum lapidibus poli-
tis tribus, & meniano ligneo eiusdem regionis, &
meniano vno nouo, & impendia dari de domo
Cyri regis: [36] & sacra vasa domus Domini tam
aurea quàm argentea, quæ extulit Nabuchodo-
nosor in domum Domini, quæ est in Ierusalem
vbi erant posita, vt ponantur illic: [37] & præcepit
curam agere Sisennem subregulũ Syriæ, & Phœ-
nicis, & Satrabuzanem, & sodales eius, & qui or-
dinati erant in Syria & Phœnice præsides, vt ab-
sisterent se ab eodem loco. [38] Et ego quoque præ-
cepi in totum ædificare: & prospexi, vt adiuuent
eos qui sunt ex captiuitate Iudæorum, donec cõ-
summetur templum ędis Domini: [39] & à vexatio-
ne tributorum Cœlesyriæ & Phœnicis, diligenter
quantitatem dari his hominibus ad sacrificium
Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros & arie-
tes, & agnos; [40] similiter autem & frumentum, & sa-
lem, & vinum, & oleum instanter per singulos an-
nos, prout sacerdotes qui sunt in Ierusalem, di-
xerint consumi quotidie sine vlla dilatione,
[41] vt offerantur libationes summo Deo pro rege
& pueris eius, & orent pro ipsorum vita: [42] & de-
nuntietur, vt quicunque transgressi fuerint ali-
quid ex his quæ scripta sunt, aut spreuerint, acci-
piatur lignum de suis proprijs, & suspendantur,
& bona ipsorum regi ascribantur. [43] Propterea &
Dominus, cuius nomen inuocatum est ibi, exter-
minet omnem regem & gentem, qui manum suã

extenderit prohibere, aut malè tractare domum
[44] Domini illã quæ est in Ierusalem. [45] Ego Darius
rex decreui quàm diligentissimè secundùm hæc
fieri.

CAP. VII.

[1] TVnc Sisennes subregulus Cœlesyriæ & Phœ- 1. Esd. 6. cap.
A nicis, & Satrabuzanes, & sodales obsecuti
[2] his, quæ à Dario rege erant decreta, [3] insiste-
bant sacrosanctis operibus diligentissimè, coo-
perantes cum senioribus Iudæorum principibus
[5] Syriæ: [4] & prosperata sunt sacrosancta opera
prophetantibus Aggæo & Zacharia prophetis.
[6] [5] Et consummauerunt omnia per præceptum
B Domini Dei Israel, & ex cõsilio Cyri, & Darij, &
[7] Artaxerxis regis Persarũ. [8] Et consummata est do-
mus nostra vsque ad tertiam & vicesimam diem
mẽsis Adar, sexto anno Darij regis. [9] Et fecerũt filij
Israel & sacerdotes & Leuitæ, & cæteri qui erant
ex captiuitate, qui appositi sunt secundùm ea quę
[10] scripta sunt in libro Moysi. [11] Et obtulerunt in
dedicationem templi Domini, tauros centum,
[12] arietes ducẽtos, agnos quadringentos, [13] & hœ-
dos pro pec catis vniuersi Israel duodecim, secũ-
[14] dùm numerum tribuum Israel. [15] Et steterũt sa-
C cerdotes & Leuitæ amicti stolis per tribus super
omnia opera Domini Dei Israel secundùm librũ
[16] Moysi, & ostiarij per singulas ianuas. [17] Et egerũt
filij Israel cum his qui erant ex captiuitate illud
Phase quartadecima luna mensis primi, quando
[18] sanctificati sunt sacerdotes & Leuitæ. [19] Omnes
filij captiuitatis non sunt simul sanctificati, quia
[20] Leuitæ omnes simul sanctificati sunt. [21] Et im-
D molauerunt Phase vniuersi filij captiuitatis, &
[22] fratribus suis sacerdotibus, & sibimetipsis. [23] Et
manducauerunt filij Israel, qui erãt ex captiuita-
te omnes qui remanserant ab omnibus execra-
tionibus gentium terræ quærentes Dominum.
[24] [24] & celebrauerunt diem festum azymotũ septem
[25] diebus epulantes in cõspectu Domini: [25] quoniã
conuertit consiliũ regis Assyriorum in eos, con-
fortare manus eorũ ad opera Domini Dei Israel.

CAP. VIII.

[1] ET post hunc regnante Artaxerxe Persarum 1. Esd. 7. cap.
A rege accessit Esdras filius Azariæ, filij Helciæ,
[2] filij Solome, [3] filij Sadoc, filij Achitob, filij Ame-
ri, filij Azahel, filij Bocci, filij Abisue, filij Phinees,
[3] filij Eleazari, filij Aaron primi sacerdotis: [4] hic
Esdras ascendit de Babylonia, cùm esset scriba &
ingeniosus in lege Moysi, quæ data est à Domino
[4] Deo Israele: docere & facere. [5] Et dedit ei rex glo- discens
riam, quòd inuenisset gratiam in omni dignitate
[5] & desiderio in conspectu eius. [6] Et ascenderunt
simul cum ipso ex filiis Israel, & sacerdotibus, &
Leuitis, & sacris cãtoribus templi, & ostiariis, &
[6] seruis tẽpli in Ierusalẽ. [7] Anno septimo regnante
Artaxerxe in quinto mense, hic annus septimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

est regni, exeuntes de Babylonia nouilunio quin-
7 ti mensis, [7]venerunt Ierosolymam iuxta præ-
ceptum illius secundum prosperitatē itineris à Do-
8 mino ipsorum datam eis. [8]In his enim Esdras
magnam disciplinam obtinebat, ne prætermitte-
ret quicquam eorum, quæ essent ex lege Domi-
ni & præceptis, & docendo vniuersum Israel om-
9 nem iustitiam & iudicium. [9]Accedentes autem,
qui scribebant scripta Artaxerxis regis, tradide-
runt scriptum quod obuenerat ab Artaxerxe rege
ad Esdram sacerdotem, & lectorem legis Domi-
10 ni, cuius exemplum subiectum est. [10]Rex Arta-
xerxes Esdræ sacerdoti & lectori legis Domini
11 salutem. [11]Humanior ego iudicans in beneficijs,
præcepi eis qui desiderant ex gente Iudæorum
sua sponte, & ex sacerdotibus, & Leuitis, qui
sunt in regno meo, comitari tecum in Ierusalem.

12 [12]Si qui ergo cupiunt ire tecum, conueniant,
13 & proficiscantur sicut placuit mihi & septem
amicis meis consiliarijs, [13]vt visitent ea quæ a-
guntur secundum Iudæam & Ierusalem, obser-
14 uantes sicut habes in lege Domini, [14]& ferant
munera Domino Deo Israel, quæ voui ego &
amici Ierusalem, & omne aurum & argentum,
quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ
15 Domino in Ierusalem cum illo, [15]quod est do-
natum pro ipsa gente in templum Domini eo-
rum quod est in Ierusalem: vt colligatur hoc au-
rum & argentum ad tauros, & arietes, & agnos,
& hœdos, & quæ his sunt congruentia, [16]vt offe-
16 rant hostias Domino super altare Domini ipsorū
quod est in Ierusalem. [17]Et omnia quæcunq; vo-
17 lueris cum fratribus tuis facere auro & argento,
perfice pro voluntate tua secundum præceptum
Domini Dei tui: [18]& sacrosancta vasa, quæ data
18 sunt tibi ad opera domus Domini Dei tui, quę est
in Ierusalem: [19]& cætera quæcunque tibi subue-
19 nerint ad opera templi Dei tui, dabis de regali
gazophylacio: [20]cùm volueris cum fratribus tuis
20 facere auro & argento, perfice secundum volun-
tatem Domini. [21]Et ego quidem rex Artaxerxes
21 præcepi custodibus thesaurorum Syrię & Phœni-
cis, vt quæcũque scripserit Esdras sacerdos, & le-
ctor legis Domini, diligēter detur ei vsque ad ar-
genti talenta centum, similiter & auri: [22]& vs-
22 que ad frumēti modios centum, & vini ampho-
ras centum, & alia quæcunque abundant sine ta-
xatione. [23]Omnia secūdum legem Dei fiant Deo
23 altissimo, ne forte exurgat ira in regno regis, & fi-
lij, & filiorum eius. [24]Vobis autem dicitur, vt om-
24 nibus sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantori-
bus, & seruis templi, & scribis templi huius [25]nul-
25 lum tributum, neque vlla alia indictio irrogetur,
nec habeat quisquam potestatē obijcere eis quic-
quam. [26]Tu autem Esdra secundum sapientiam
26 Dei constitue iudices & arbitros in tota Syria &
Phœnice: & omnes qui legem Dei tui non no-
27 uerunt, doce: [27]vt quotquot transgressi fuerint
legem, diligenter plectantur siue morte, siue cru
ciatu, siue etiam pecuniæ mulctatione vel abdu-
28 ctione. [28]Et dixit Esdras scriba, Benedictus Deus
patrum nostrorum, qui dedit hanc voluntatem
in cor regis, clarificare domum suam quæ est in
29 Ierusalem, [29]& me honorificauit in conspectu re-
gis, & consiliariorum, & amicorum, & purpura-
30 torum eius. [30]& ego constans animo factus sum
secundum opitulationem Domini Dei mei, &
congregaui ex Israel viros, vt simul ascenderent
31 mecum. [31]Et hi sunt præpositi secundum suas
patrias, & principatus portionales eorum qui
mecum ascenderunt de Babylonia in regno Ar-
32 taxerxis. [32]Et ex filijs Phares, Gersomus: ex fi-
lijs Siemarith, Amenus: filiorum Dauid, Acchus
33 filius Sceciliæ: [33]ex filijs Phares, Zacharias, & cum
34 eo reuersi sunt viri centum quinquaginta: [34]ex
filijs ductoris Moabilionis Zaraei, & cum ipso
35 viri ducenti quinquaginta: [35]ex filijs Zachues,
Iechonias Zechoeli, & cũ ipso viri ducenti quin-
36 quaginta: [36]ex filijs Sala, Maasias Gotholiæ, & cũ
37 ipso viri septuaginta: [37]ex filijs Saphatiæ, Zarias
38 Micheli, & cum ipso viri octoginta: [38]ex filijs
Iob, Abdias Iehcli, & cum ipso viri ducenti duo-
39 decim: [39]ex filijs Baniæ, Salimoth, filius Iosaphię,
40 & cum ipso viri cētum sexaginta: [40]ex filijs Beer,
Zacharias Bebei, & cum ipso viri ducenti octo:
41 [41]ex filijs Ezead, Iohānes Eccetan, & cum ipso viri
42 centum decem: [42]ex filijs Adonicam ipsis postre-
mis, & hæc sunt nomina eorum, Eliphalam, filius
43 Gebel, & Semeias, & cũ ipso viri septuaginta. [43]Et
congregaui eos ad fluuium qui dicitur Thia, &
44 metati fuimus illic triduo, & recognoui eos. [44]Et
ex filijs sacerdotum & Leuitarum non inueni il-
45 lic. [45]Et misi ad Eleazarum, & Eccelon, & Masmā,
D & Maloban, & Enaathan, & Samea, & Ioribum,
Nathan, Enuagam, Zachariam, & Mosolamum
46 ipsos ductores & peritos: [46]& dixi eis vt venirent
ad Loddeum, qui erat apud locum gazophyla-
47 cij. [47]Et mandaui eis vt dicerent Loddeo & fra-
tribus eius, & illis qui erant in gazophylacio, vt
mitterent nobis eos qui sacerdotio fungerentur
48 in domo Domini Dei nostri, [48]& adduxerunt no
bis secundum manum validam Domini Dei no-
stri viros peritos: ex filijs Moholi, filij Leui, filij
Israel, Sebebian, & filios & fratres, qui erant de-
49 cem & octo: [49]Asbiam & Amin ex filijs filiorum
50 Chananæi, & filij eorum viri viginti. [50]Et ex his
qui templo seruiebant, quos dedit Dauid, & ipsi
principes ad operationem Leuitis templo ser-
uientium ducenti viginti. Omnia nomina signi-
51 ficata sunt in scripturis. [51]Et voui illic ieiunium
iuuenibus in conspectu Dei, vt quærerem ab eo
bonum iter nobis, & qui nobiscum erāt, & filijs,
& pecoribus propter insidias. [52]Erubui enim pe-
52 tere à rege pedites & equites in comitatu, tutelæ
gratia contra aduersarios nostros. [53]Diximus e-
53 nim regi quoniam virtus Domini erit cũ eis qui
inquirunt eum in omni affectu. [54]Et iterum de-
54 precati sumus Dominum Deum nostrum secun-
dum hæc: quem & propitium habuimus, & com
potes facti sumus Deo nostro. [55]Et separaui ex
55 plebis præpositis, & sacerdotibus templi viros
duodecim, & Sedebiam, & Asannam, & cum eis
et fratribus eorum viros decem. [56]& appendi eis
56 aurum & argentum, & vasa sacerdotalia domus
Dei nostri, quæ donauerat rex, & consiliarij eius,
& principes, & omnis Israel. [57]Et cùm appendis-
57 sem, tradidi argenti talenta cētum quinquagin-
ta, & vasa argentea talentorum centum, & auri E
talenta centum, [58]& vasorum aureorum septies
58 viginti, & vasa ærea de bono æramento splenden
tia, duodecim, auri speciem reddentia: [59]& dixi
59 eis, Et vos sancti estis Domino, & vasa sunt sancta,
& aurum, & argentum votum est Domino Deo
patrum nostrorum. [60]Vigilate & custodite, do-
60 nec tradatis ex plebis præpositis, & sacerdotibus,
& Leuitis, & principibus ciuitatum Israel in Ie-
rusalem, in pastophorio domus Dei nostri. [61]Et
61 hi qui susceperunt sacerdotes & Leuitæ aurum
& argentum & vasa, intulerunt in Ierusalem in
templum Domini. [62]Et promouimus à fluuio
62 Thia, die duodecima mensis primi, vsquequo in-
troiuimus in Ierusalem. [63]Et cùm factus fuisset
63 tertius dies, quarta autem die ponderatum aurū,
& argentum traditum est in domo Domini Dei
nostri Marimoth filio Iori sacerdoti: [64]& cum
64 ipso erat Eleazar filius Phinees: & erant cum ipsis
Iosadus filius Iesu, & Medias, & Banni filius Le-
uitæ ad numerum, & ad pondus vniuersa. [65]Et
65 scriptum est pondus ipsorum eadem hora. [66]Qui
66 autem venerunt ex captiuitate, obtulerunt sacri-
ficium Domino Deo Israel, tauros duodecim pro
omni Israel, arietes octogintasex, [67]agnos septua-
67 gintaduos, hircos pro peccato duodecim, & pro
salute vaccas duodecim, omnia in sacrificiū Do-
mini. [68]Et relegerunt præcepta regis regalibus
68 dispēsatoribus, & subregulis Cœlesyriæ, & Phœ-
nices: & honorificauerunt gentem, & templum
Domini. [69]Et consummatis his, accesserunt ad
69 me præpositi, dicentes, Non segregauerunt ge-
nus Israel, & principes, & sacerdotes, & Leuitæ, F
& alienigenæ gentes, & nationes terræ immun-
70 ditias suas à Chananęis, & Hethæis, & Pherezęis,
& Iebuzęis, & Moabitis, & Ægyptijs, & Idumęis.
71 coniuncti enim sunt filiabus eorum & ipsi, & fi-
lij eorum: & mist um est semen sanctum alienige-
nis gentibus terrę: & participes erant præpositi,
& magistratus iniquitatis eius ab initio ipsius re-
gni. [72]Et mox vt audiui ista, conscidi vestimenta
& sacram tunicam: & lacerans capillos capitis &
73 barbam, sedi dolens & mœstus. [73]Et conuenerūt
quotquot tunc mouebantur in verbo Domini
Dei Israel ad me lugētem super iniquitatem istā,
& sedebam tristis vsque ad sacrificium vespertī-
74 num. [74]Et consurgens à ieiunio, conscissa habens
vestimenta & sacram tunicam, ingeniculans, &
75 extendens manus ad Dominum, [75]dicebam, Do-
mine confusus sum, & reueritus sum ante faciem
76 tuam. [76]Peccata enim nostra multiplicata sunt
super capita nostra, & iniquitates nostrę exaltatæ
77 sunt vsque ad cælum, [77]quoniam à temporibus
patrum nostrorum sumus in magno peccato vs-
78 que ad diem hunc. [78]Et propter peccata nostra, &
patrum nostrorum sumus traditi cum fratribus
nostris, & cum sacerdotibus nostris regibus terrę
in gladium & captiuitatem, & depredationem cũ
79 confusione vsque in hodiernum diem. [79]Et nunc
quantum est hoc quod contigit nobis misericor-
dia abs te Domine Deus, & relinque nobis radi-
80 cem, & nomen in locũ sanctificationis tuæ, [80]de-
tegere luminare nostrum in domo Domini Dei
nostri, dare nobis cibum in omni tempore seruī-
81 tutis nostrę. [81]Et cùm seruiremus, non fuimus de-
relicti à Domino Deo nostro: sed constituit nos
in gratia, ponens nobis reges Persarum dare ci-
82 bum, [82]& clarificare templum Domini Dei no-
stri, & ædificare deserta Sion, dare nobis stabili-
83 tatem in Iudæa & Ierusalem. [83]Et nunc quid di-
G cimus Domine habentes hęc? Transgressi enim
sumus præcepta tua, quę dedisti in manus puero-
84 rum tuorum prophetarum, dicens, [84]Quoniam
terra in quam introistis possidere hereditatem
eius, terra polluta est coinquinationibus alieni-
genarum terræ, & immunditiæ illorum repleue-
85 runt eam totam immunditia sua. [85]Et nunc filias
vestras non coniungetis filijs eorum, & filias eo-
86 rum non accipietis filijs vestris, [86]& non inquire-
tis pacem habere cum illis omni tempore, vt in-
ualescentes manducetis optima terrę, & hęredi-
tatem distribuatis filijs vestris vsque in ęuum.
87 [87]Et quę contingunt nobis, omnia fiunt propter
opera nostra maligna, & magna peccata nostra.
88 [88]Et dedisti nobis talem radicem, & rursum reuer-
si sumus transgredi legitima tua, vti commisce-
mur immunditiæ alienigenarum gentium terrę
89 huius. [89]Nónne irascēris nobis perdere nos, quo-
ad vsque non relinquatur radix & nomen no-
90 strum? [90]Domine Deus Israel verax es. Derelicta
91 est enim radix vsque in hodiernum diem. [91]Ecce,
nunc sumus in cōspectu tuo in iniquitatibus no-
92 stris. Non est enim adhuc stare ante te in his. [92]Et 1. Esdr. 10. a. 12.
cùm adorādo cōfiteretur Esdras flens, humi pro-
stratus ante templum, congregati sunt ante eum
ex Ierusalem turba magna valde, viri & mulieres
& iuuenes & iuuenculę. Fletus enim erat magnus

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ipsa multitudine. [8] Et cùm clamasset Iechonias Iecheli ex filiis Israel, dixit Esdræ, Nos in Dominum peccauimus, quòd collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ. [9] Et nunc es super omnem Israel. In his ergò sit iusiurandum à Domino expellere omnes vxores nostras quæ ex alienigenis sunt cum filiis earum. [10] Sicut tibi decretum est à maioribus secundùm legem Domini exurgens explica. [11] Ad te enim spectat negotium, & nos tecum sumus. viriliter fac. [12] Et exurgens Esdras adiurauit principes sacerdotum & Leuitas, & omnem Israel facere secundùm hæc, & iurauerunt.

CAP. IX.

[1] ET exurgens Esdras ab ante atrium tẽpli, abiit in pastophorium Ionathæ filij Nasabi: [2] & A hospitatus illic non gustauit panem, nec aquam bibit super iniquitatem multitudinis. [3] Et facta est prædicatio in omni Iudæa, & in Ierusalem omnibus qui erant ex captiuitate in Ierusalem congregati, [4] vt quicunq; non occurrerit biduo vel triduo diei secundùm iudicium astidentium seniorum, tollerentur facultates suæ, & ipse alienus iudicaretur à multitudine captiuitatis. [5] Et congregati sunt omnes qui erant ex tribu Iuda, & Ben-iamin in tribus diebus in Ierusalem, hic mensis est nonus, dies mensis vicesimus. [6] Et sedit omnis multitudo in area templi trementes, propter hyemem præsentẽ. [7] Et exurgens Esdras dixit illis, Vos iniquè fecistis collocantes vobis in matrimoniũ vxores alienigenas, vt adderetis ad peccata Israel. [8] Et nunc date confessionẽ, & magnificentiam Domino Deo patrum nostrorum: B [9] & perficite voluntatẽ ipsius, & discedite à gentibus terræ, & ab vxoribus alienigenis. [10] Et clamauit omnis multitudo, & dixerũt voce magna, Sicut dixisti, faciemus. [11] Sed quoniã multitudo magna est, & tempus hybernum, & non possumus insubsidiati stare: & hoc opus non est nobis vnius diei, neque bidui: multũ enim in his peccauimus: [12] stent præpositi multitudinis, & omnes qui nobiscũ inhabitant & quotquot habent vxores apud se alienigenas, [13] & assistant accepto tempore ex omni loco presbyteri, & iudices, vsquequo soluant irã Domini negotij huius. [14] Ionathas autem filius Ezeli, & Ozias Thecam susceperunt secundùm hæc: & Bosoramus, & Leuis, & Sabbathæus simul cooperati sunt cum illis. [15] Et fecerunt secũdùm hæc omnia vniuersi qui erant ex captiuitate. [16] Et elegit sibi viros Esdras sacerdos principes magnos de patribus eorum secundùm nomina: & consederunt nouilunio mensis decimi examinare negotium istud. [17] Et determinatum est de viris qui habebant vxores alienigenas, vsq; ad neomeniam primi mensis: [18] & inuẽti sunt ex sacerdotibus permisti qui habebãt alienigenas vxores. [19] Ex filiis Iesu filij Iosedec, & fratribus eius: Maseas, & Eliozerus, & Ioribus, & [20] Ioadeus, [21] & iniecerunt manus vt expellerent vxores suas: & ad litandum in exorationem aricm pro ignorantia sua. [22] & ex filiis Semmeri, [23] Maseas, & Esses, et Icelech Azarias. [24] Et ex filiis Fosere: Limosias, Hismaenis, & Nathanee, Iusio, Reddus, & Talsas. [25] & ex Leuitis, Iorabdus, & Semeis, & Colnis, et Calitas, & [26] Facteas, & Coluas, & Elionas. [27] & ex sacris cantoribus, Eliasib, Zaccarus. [28] & ex ostiariis, Salumus, & Tolbanes. [29] & ex Israel ex filiis D Foro, Ozi, & Remias et Geddias & Melchias & [30] Michel*, Eleazarus & Iamebias & Bannas: [31] & ex filiis Iolaman: Chamas & Zacharias & Iezrelus, [32] & Ioddius, & Erimoth & Helias. [33] & ex filiis Zathoim: Eliadas & Liasumus, Zochias & Latimoth & Zabdis & Tebedias. [34] & ex filiis Zebes: [35] Iohannes & Amanias & Zabdias & Emeus. [36] & ex filiis Bani: Olamus & Maluchus & Ieddeus & [37] Iasub & Azabus & Ierimoth. [38] & ex filiis Addin: Naathus & Moosias & Cale* & Raanas, Maaseas, Mathathias & Beseel et Bonnus & Manasses. [39] & ex filiis Nuae: Noneas & Afeas et Melchias & Sameas & Simon, Bẽ-iamin & Malchus [40] et Marras. [41] et ex filiis Asom: Carianeus, Mathathias & Bannus & Eliphalach et Manasses & Semei. [42] et ex filiis Banni: Ieremias & Moadias & Abramus & Iohel et Baneas & Pelias et Ionas & Marimoth et Eliasib et Mathaneus & Eliasis et Orizas et Dielus et Semedius et Zambris et Iosephus. [43] et ex filiis Nobei: Idelus et Mathathias E & Sabadus et Zecheda, Sedmi et Iessei, Baneas. [44] omnes isti coniunxerunt sibi vxores alienigenas, et dimiserunt eas cum filiis. [45] Et inhabitauerunt sacerdotes, et Leuitæ: & qui erant ex Israel in Ierusalẽ, et in tota vna regione nouilunio mẽsis septimi. Et erãt filij Israel in cõmorationib⁹ suis. [46] Et congregata est omnis multitudo simul in aream, quæ est ab oriẽte portæ sacræ: [47] et dixerũt Esdræ põtifici, et lectori, vt afferret legẽ Moysi, quæ tradita est à Domino Deo Israel. [48] Et attulit Esdras pontifex legẽ omni multitudini eorum à viro vsque ad mulierem, et omnibus sacerdotibus audire legem nouilunio mensis septimi. [49] Et legebat in area, quæ est ante sacram portam tẽpli, à prima luce vsque ad vesperam corã viris et mulieribus. Et dederunt omnes sensum ad legem. [50] Et stetit Esdras sacerdos, & lector legis super F ligneum tribunal quod fabricatum erat. [51] Et iterunt ad eum Mathathias, et Samus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias, et Balsamus ad dexteram: [52] et ad sinistram Faldeus, Misael, Malachias, Abusthas, Sabus, Nabadias, et Zacharias. [53] Et assumpsit Esdras librum coram omni multitudine: præsidebat enim in gloria in conspectu omnium nium. [54] Et cùm absoluisset legem, omnes erecti 46
steterunt: et benedixit Esdras Dominum Deum altissimum, Deum Sabaoth omnipotentem. [55] Et respondit omnis populus, Amen. Et e- 47
leuatis sursum manibus procidentes in terram, adorauerunt Dominum. [56] Iesus & Banaeus & 48
Sarebias et Iaddimus & Accubus & Sabbathæus & Calithes & Azarias & Ioradus & Ananias & Phalias Leuitæ, [57] qui docebant legem Domini, 49
& in multitudine legebant legem Domini, & præferebant singuli eos, qui intelligebant lectionem. [58] Et dixit Atharathes Esdræ pontifici, & 50
lectori, & Leuitis, qui docebant multitudinem [59] dicens, Dies hic sanctus est Domino. 51
Et omnes flebant, cùm audissent legem. [60] Et 52
dixit Esdras, Digressi ergo manducate pinguissima quæque, & bibite dulcissima quæque, & 53
mittite munera his qui non habent. [61] Sanctus enim est hic dies Domini, & nolite mœsti esse. 54
Dominus enim clarificabit vos. [62] Et Leuitæ denuntiabant in publico omnibus, dicentes, Dies 55
hic sanctus est, nolite mœsti esse. [63] Et abierunt omnes manducare, & bibere, & epulari, & dare munera his qui non habebant, vt epularentur. Magnificè enim sunt exaltati verbis quibus 56
edocti sunt. [64] & congregati sunt vniuersi in Ierusalem celebrare lætitiam, secundùm testamentum Domini Dei Israel.

LIBER ESDRAE QVARTVS

CAP. I.

[1] LIBER Esdræ prophetæ secũdus, [2] filij Sarei, filij Azarei, filij Helciæ, filij Sadaniæ, filij Sadoch, filij Achitob, [3] filij Achiæ, filij Phinees, filij Heli, filij Ameriæ, filij Asiei, filij Marimoth, filij Arna, filij Oziæ, filij Borith, filij Abisei, filij Phinees, filij Eleazar, [4] filij Aaron ex tribu Leui, qui fuit captiuus in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Persarum. [5] Et factum est verbum Domini ad me, dicens, [6] Vade, & nuntia populo meo faciora ipsorum, & filijs eorum iniquitates, quas in me admiserunt, vt nuntient filijs filiorũ: [7] quia peccata parentũ ipsorum in illis creuerunt. Obliti enim mei sacrificauerunt dijs alienis. [8] Nónne ego eduxi eos de terra Ægypti de domo seruitutis? Ipsi autẽ irritauerunt me, & consilia mea spreuerunt. [9] Tu autem excute comam capitis tui, & proiice omnia mala super illos: quoniam non obedierunt legi meæ. Populus autẽ est indisciplinatus. [10] Vsquequo eos sustinebo, quibus tanta beneficia contuli? [11] Reges multos propter eos subuerti. Pharaonem cum pueris suis, & omnem exercitum eius percussi. [12] Omnes gentes à facie eorum perdidi, & in oriente prouinciarum duarum populos Tyri & Sidonis dissipaui, & omnes aduersarios eorum interfeci. [13] Tu verò loquere ad eos, dicens, Hæc dicit Dominus: [14] Nempe ego vos per mare transiueaui, & platéas vobis initio munitas exhibui: ducem vobis dedi Moysen, & Aaron sacerdotem: [15] lucem vobis per columnã ignis præstiti, & magna mirabilia feci in vobis: vos autem mei obliti estis, dicit Dominus. [16] Hæc dicit Dominus omnipotens: Cornix vobis in signo fuit, castra vobis ad tutelã dedi, & illic murmurastis: [17] & non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorũ vestrorum, sed adhuc nunc vsq; murmurastis. [18] Vbi sunt beneficia, quæ præstiti vobis? Nónne in deserto cum esuriretis, proclamastis ad me, [19] dicẽtes, Vt quid nos in desertum istud adduxisti interficere nos? melius nobis fuerat seruire Ægyptijs, quàm mori in deserto hoc. [20] Ego dolui gemitus vestros, & dedi vobis manna in escam. Panem angelorũ manducastis. [21] Nónne cùm sitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in saturiC tate? propter æstus folijs arborũ vos texi. [22] Diuisi vobis terras pingues: Chananæos, & Pherezæos, & Philistheos à facie vestra proieci: quid faciam vobis adhuc, dicit Dominus? [23] Hæc dicit Dominus omnipotens, In deserto cùm effetis in flumine Amorrhæo sitientes, & blasphemantes nomen meum, [24] non ignem vobis pro blasphemiis dedi, sed mittens lignum in aquam, dulce feci flumen. [25] Quid tibi faciã Iacob? Noluisti obedire Iuda. Transferam me ad alias gentes, & dabo eis nomẽ meũ, vt custodiãt legitima mea. [26] Quoniam me dereliquistis, & ego vos derelinquam. [27] Petentibus vobis à me misericordiam, non misrebor. [28] Quando inuocabitis me, ego non exaudiam vos. Maculastis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad committenda homicidia. [29] Non quasi me dereliquistis, sed vosipsos, dicit Dominus. [30] Hæc dicit Dominus omnipotens, Nónne ego vos rogaui, vt pater filios, & vt mater filias, & vt nutrix paruulos suos, [31] vt essetis mihi in populũ & ego vobis in Deum: & vos mihi in filios, & ego vobis in D patrem? [32] Ita vos collegi, vt gallina pullos suos sub alas suas. Modò autẽ quid faciã vobis? proiiciam vos à facie mea. [33] Oblationem cùm mihi attuleritis, auertam faciẽ meã à vobis. Dies enim festos vestros, & neomenias & circuncisiones repudiaui. [34] Ego misi pueros meos prophetas ad

vos

Universidad de Deusto
Biblioteca

vos, quos acceptos interfeciſtis, & laniaſtis corpora eorum quorum ſanguinem exquiram, dicit Dominus. 2 Hæc dicit Dominus omnipotẽs, 33
Domus veſtra deſerta eſt. Proiiciam vos ſicut ventus ſtipulam, 3 & filii procreationem non fa- 34
cient: quoniã mandatum meum neglexerunt, & quod malum eſt coram me, fecerunt. 4 Tradam 35
domos veſtras populo venienti, qui me non audientes credunt: quibus ſigna nõ oſtendi, facient quæ præcepi. 5 Prophetas non viderunt, & me- 36
morabuntur iniquitatum eorum. 6 Teſtor po- 37
puli venientis gratiam, cuius paruuli exultant cũ lætitia, me nõ videntes oculis carnalibus, ſed ſpiritu credentes quæ dixi. 7 Et nunc frater aſpice, 38
quæ gloria: & vide populum venientẽ ab oriente, 8 quibus dabo ducatum Abraham, Iſaac, & 39
Iacob & Oſee, & Amos, & Michææ, & Ioel, & Abdiæ, & Ionæ, 9 & Naum, & Habacuc, Sopho- 40
Mala. 3. niæ, Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ, qui & angelus Domini vocatus eſt.

CAP. II.

HÆc dicit Dominus: Ego eduxi populum iſtũ 1
de ſeruitute, quibus mandata dedi per pue- A
ros meos prophetas quos audire noluerunt, ſed irrita fecerunt mea conſilia. 2 Mater quæ eos ge- 2
nerauit dicit illis, Ite filij, quia ego vidua ſum & derelicta. 3 Educaui vos cum lætitia, & amiſi 3
vos cum luctu & triſtitia, quoniam peccaſtis corã Domino Deo veſtro, & quod malum eſt corã eo feciſtis. 4 Modò autem quid faciam vobis? Ego 4
vidua ſum & derelicta: ite filij, & petite à Domino miſericordiã. 5 Ego autẽ te pater teſtẽ inuo- 5
co ſuper matrem filiorum, qui noluerunt teſtamentum meum ſeruare, 6 vt des eis cõfuſionem, 6
& matrem eorum in direptionem, ne generatio eorum fiat. 7 Diſpergantur in gentes nomina eo- 7
rum, deleantur à terra: quoniã ſpreuerunt ſacramentum meum. 8 Væ tibi Aſſur, qui abſcondis 8
iniquos penes te. Gens mala, memorare quid fece
Gen. 19. rim Sodomæ & Gomorrhæ, 9 quorum terra ia- 9
cet in piceis glebis & aggeribus cinerum. ſic dabo eos, qui me non audierunt, dicit Dominus omnipotens. 10 Hæc dicit Dominus ad Eſdram: Nun- 10
tia populo meo, quoniam dabo eis regnum Ieruſalem, quod daturus eram Iſrael. 11 Et ſumam 11
mihi gloriam illorum, & dabo eis tabernacula æterna, quæ præparaueram illis. 12 Lignum vitæ 12
erit illis in odore vnguenti, & non laborabunt, B
neq; fatigabuntur. 13 Ite, & accipietis. Rogate vo- 13
bis dies paucos, vt immorentur. Iam paratum 14
eſt vobis regnũ: vigilate. 14 Teſtare cælũ & terrã. Contriui enim malum, & creaui bonũ, quia viuo 15
ego dicit Dominus. 15 Mater amplectere filios tuos, educa illos cum lætitia. Sicut columba confirma pedes eorum: quoniã te elegi dicit Dominus. 16 Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis, & de 16
monumentis educã illos, quoniã cognoui nomẽ
17 meũ in Iſrael. 17 Noli timere mater filiorum, quo- 17
18 niam te elegi dicit Dominus. 18 Mittam tibi adiutorium pueros meos Iſaiam & Ieremiã, ad quorũ conſiliũ ſanctificaui, & paraui tibi arbores duode
19 cim grauatas variis fructibus, 19 & totidem fontes
Exo. 15. d. 27. fluentes lac & mel: & montes immenſos ſeptem, habentes roſam & liliũ, in quibus gaudio imple-
20 bo filios tuos. 20 Viduam iuſtifica, pupillo iudica,
21 egenti da, orphanũ tuere, nudũ veſti, 21 confractũ & debilem cura, claudum irridere noli, tutare mã-
cum, & cæcum ad viſionem claritatis meæ admit-
22 te. 22 Senem & iuuenem intra muros tuos ſerua:
Tob. 2. d. 12. 23 mortuos vbi inueneris ſignans commenda ſe- 23
pulchro, & dabo tibi primam ſeſsionẽ in reſurre-
24 ctione mea. 24 Pauſa & quieſce populus meus, quia
25 veniet requies tua. 25 Nutrix bona nutri filios
26 tuos, confirma pedes eorũ. 26 Seruos quos tibi dedi, nemo ex eis interiet. eos ego enim requiram
27 de numero tuo. 27 Noli fatigari. Cũ enim venerit dies preſſuræ & angſtiæ, alij plorabunt & triſtes
28 erunt: tu autẽ hilaris & copioſa eris. 28 Zelabunt gentes & nil aduerſus te poterũt, dicit Dominus.
29 29 Manus meæ tegent te, ne filii tui gehennam
30 videant. 30 Iucundare mater cũ filiis tuis, quia e-
31 go te eripiã, dicit Dominus. 31 Filios tuos dormientes memorare, quoniã ego eos educã de lateri-
bus terræ, & miſericordiam cum illis faciã: quo-
niã miſericors ſum, dicit Dominus omnipotens.
32 32 Amplectere natos tuos vſq; dum venio, & præ-
ſtem illis miſericordiam: quoniã exuberãt fontes
33 mei, & gratia mea non deficiet. 33 Ego Eſdras præceptum accepi à Domino in monte Oreb, vt iré
ad Iſrael: ad quos cũ veniré, reprobauerũt me, &
34 reſpuerunt mandatum Domini. 34 Ideoque vobis
dico gentes, quæ auditis, & intelligitis, Expectate paſtorẽ veſtrum, requiem æternitatis dabit vo-
bis: quoniam in proximo eſt ille qui in fine ſe-
35 culi aduenict. 35 Parati eſtote ad præmia regni,
quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatem
36 reporis. 36 Fugite vmbram ſeculi huius: accipite
37 iucunditatẽ gloriæ veſtræ. Ego teſtor palã ſalua-
torem meum. 37 Commendatũ donum accipite
& iucundamini, gratias agentes ei qui vos ad cæ-
38 leſtia regna vocauit. 38 Surgite, & ſtate, & videte
D numerum ſignatorum in conuiuio Domini.
39 39 Qui ſe de vmbra ſeculi tranſtulerunt, ſplendi-
40 das tunicas à Domino acceperunt. 40 Recipe Siõ
numerum tuum, & conclude candidatos tuos
41 qui legem Domini compleuerunt. 41 Filiorum
tuorum quos optabas plenus eſt numerus. Roga
imperium Domini vt ſanctificetur populus tuus
Apoc. 6. c. 11. 42 qui vocatus eſt ab initio. 42 Ego Eſdras vidi in
monte Sion turbam magnam, quã numerare nõ
potui, & omnes canticis collaudabant Dominũ.
43 43 Et in medio eorum erat iuuenis ſtatura celſus,
eminentior

eminentior omnibus illis, & ſingulis eorum capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur. Ego autem miraculo tenebar. 44 Tunc interogaui 44
angelum, & dixi, Qui ſunt hi Domine? 45 Qui 45
reſpondens dixit mihi, Hi ſunt qui mortalem tunicam depoſuerunt, & immortalem ſumpſerunt, & confeſſi ſunt nomen Dei. Modò coronantur, & accipiunt palmas. 46 Et dixi angelo, Ille iuuenis 46
quis eſt, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? 47 Et reſpondens dixit mihi, Ipſe 47
eſt filius Dei, quem in ſeculo confeſsi ſunt: ego au
Tob. 12. d. 20. 48 magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine Domini ſteterunt. 48 Tunc dixit mihi angelus,
Vade, annuntia populo meo, qualia & quanta mirabilia Domini Dei vidiſti.

CAP. III.

ANno tricesimo ruinæ ciuitatis eram in Baby- 1
lone, & conturbatus ſum ſuper cubiculo meo A
reclinans, & cogitationes meæ aſcendebant ſuper cor meum: 2 quoniam vidi deſertionem Sion, & 2
abundantiam eorum qui habitabant in Babylone. 3 & ventilatus eſt ſpiritus meus valde, & 3
cœpi loqui ad Altiſsimum verba timorata, 4 & 4
dixi, O dominator Domine, tu dixiſti ab initio, quando plantaſti terram, & hoc ſolus, & imperaſti populo, 5 & dediſti Adam corpus mortuum: 5
& ipſum figmentũ manuũ tuarum erat, & inſpiraſti in eum ſpiritum vitæ, & factus eſt viuens coram te, 6 & induxiſti eum in paradiſo, quem 6
plantauerat dextera tua antequam terra aduenter. 7 Et huic mandaſti diligere viam tuam, 7
& præteriuit eam, & ſtatim inſtituiſti in eo mortem, & in nationibus eius, & natæ ſunt gentes, & tribus, & populi, & cognationes quarum non eſt numerus. 8 Et ambulauit vnaquæq; gens in vo- 8
luntate ſua, & mira agebant corã te, & ſpernebãt præcepta tua. 9 Iterum autem in tempore indu- 9
xiſti diluuiũ ſuper inhabitantes ſeculum, & perB
dediſti eos. 10 Et factũ eſt in vnoquoq; eorum, ſi- 10
cut Adæ mori, ſic his diluuiũ. 11 Dereliquiſti autẽ 11
vnum ex his Noẽ cũ domo ſua, & ex eo iuſti omnes. 12 Et factũ eſt cùm cœpiſſent multiplicari, qui 12
habitabant ſuper terrã, & multiplicauerunt filios & populos & gentes multas: & cœperunt iteratò impietatem facere plus quã priores. 13 Et factum 13
eſt cùm iniquitatem facerent corã te, elegiſti tibi virũ ex his cui nomen erat Abrahã. 14 Et dilexiſti 14
eum & demonſtraſti ei ſoli voluntatem tuam: 15 & 15
diſpoſuiſti ei teſtamentũ æternum, & dixiſti ei vt non vnquã derelinqueres ſemen eius. Et dediſti
Gen. 25. d. 26. ei Iſaac, & Iſaac dediſti Iacob, & Eſau. 16 Et ſe- 16
gregaſti tibi Iacob, Eſau autem ſeparaſti. Et factus eſt Iacob in multitudine magna. 17 Et factũ eſt cũ 17
educeres ſemen eius ex Ægypto, adduxiſti ſuper montem Sina. 18 Et inclinaſti cælos, & ſtatuiſti 18
terram, & commouiſti orbem, & tremere feciſti
19 abyſſos, & cõturbaſti ſeculũ, 19 & trãſiit gloria tua
C portas quatuor ignis & terræmotus, & ſpiritus, & gelu, vt dares ſemini Iacob legem, & generationi
20 Iſrael diligentiam. 20 Et non abſtuliſti ab eis cor
21 malignum, vt faceret lex tua in eis fructum. 21 Cor enim malignũ baiulans primus Adã tranſgreſſus
22 & victus eſt, ſed & omnes qui de eo nati ſunt. 22 Et facta eſt permanens infirmitas, & lex cum corde populi, cum malignitate radicis, & diſceſſit quod
23 bonũ eſt, & manſit malignũ. 23 Et tranſierunt tempora, & finiti ſunt anni: & ſuſcitaſti tibi ſeruũ
24 nomine Dauid, 24 & dixiſti ei ædificare ciuitatẽ nominis tui, & offerre tibi in eadẽ thus & oblati-
25 ones. 25 & factũ eſt hoc annis multis, & deliqueIer. 19. d. 13. 26 runt qui habitabant ciuitatem, 26 in omnibus facientes ſicut fecit Adam & omnes generationes
27 eius. vtebantur enim & ipſi corde maligno. 27 Et tradidiſti ciuitatem tuã in manibus inimicorum
28 tuorũ. 28 Nunquid meliora faciunt, qui habitant Babylonem? Et propter hoc dominabitur Sion?
29 29 Factum eſt cùm veniſſem huc, & vidiſſem imD pietatesquarum nõ eſt numerus: & delinquentes multos vidit anima mea hoc tricesimo anno, &
30 exceſsit cor meum: 30 quoniam vidi quomodò ſuſtines eos peccãtes, & peperciſti impie agentibus, & perdidiſti populum tuum, & conſeruaſti ini-
31 micos tuos, & non ſignificaſti. 31 Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hæc. Nunquid
32 meliora facit Babylon quàm Sion? 32 aut alia gens cognouit te præter Iſrael? aut quæ tribus credi-
33 derunt teſtamentis tuis, ſicut Iacob? 33 Quarum merces non comparuit, neque labor fructificauit. Pertranſiens enim pertranſiui in gentibus, & vi-
34 di abundantes eas, & non memorantes mandatorum tuorum. 34 Nunc ergo pondera in ſtatera noſtras iniquitates, & eorum qui habitant in ſeculo: & non inuenietur nomẽ tuum, niſi in Iſrael.
35 35 Aut quando non peccauerunt in conſpectu tuo, qui habitant terram? aut quæ gens ſic ob-
36 ſeruauit mandata tua? 36 Hos quidem per nomina inuenies ſeruaſſe mandata tua, gentes autem non inuenies.

CAP. IIII.

1 ET reſpondit ad me angelus, qui miſſus eſt ad
2 me, cui nomẽ Vriel, 2 & dixit mihi, Excedens A exceſsit cor tuũ in ſeculo hoc, & comprehendere
3 cogitas viã Altiſsimi. 3 Et dixi, Ita Domine meus. Et reſpondit mihi, & dixit, Tres vias miſſus ſum oſtẽdere tibi, & tres ſimilitudines proponere corã
4 te. 4 de quibus mihi ſi renuntiaueris vnam ex his, & ego tibi demonſtrabo viam quam deſyderas videre, & docebo te, vnde ſit cor malignum.
5 5 Et dixi: Loquere Domine meus. Et dixit ad me, Vade, pondera mihi ignis pondus, aut menſura mihi flatũ venti, aut reuoca mihi diẽ quę pre-
6 teriit. 6 Et reſpondi, & dixi, Quis natorũ poterit
facere

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere, vt me interroges de his? [7] Et dixit ad me, Si essem interrogans te, dicens, Quantæ habitationes sunt in corde maris, aut quantæ venæ sunt in principio abyssi, aut quantæ venæ sunt super firmamentum, aut qui sunt exitus paradisi: [8] dicerés mihi fortassis, in abyssum non descendi, neque in infernū adhuc, neque in cælum vnquam ascendi. [9] nunc autem non interrogaui te, nisi de igne, & vento, & die, per quem transisti, & à quibus separari non potes: & non respondisti mihi de eis. [10] Et dixit mihi, Tu quæ tua sunt, tecum coadolescentia, non potes cognoscere: [11] & quomodo poterit vas tuum capere Altissimi viā, & iam exterius corrupto sæculo intelligere corruptionem euidentem in facie mea? [12] Et dixi illi, Melius erat nos nō esse, quā adhuc viuentes viuere in impietatibus, & pati, & non intelligere de qua re. [13] Et respondit ad me, & dixit, Proficiscens profectus sum ad syluam lignorum campi, [14] & cogitauerunt cogitationem, & dixerunt, Venite & eamus, & faciamus ad mare bellum, vt recedat corā nobis, & faciamus nobis alias syluas. [15] Et similiter fluctus maris & ipsi cogitauerunt cogitationé, & dixerunt, Venite ascendentes, debellemus syluas campi, vt & ibi consummemus nobismetipsis aliam regionem. [16] Et factus est cogitatus syluæ in vanum. venit enim ignis, & consumpsit eam. [17] Similiter & cogitatus fluctuum maris. stetit enim arena, & prohibuit eos. [18] Si enim esses iudex horum, quem inciperes iustificare, aut quē condemnare? [19] Et respondi, & dixi, Vtiq, vanam cogitationé cogitauerunt. terra enim data est syluæ, & mari locus portare fluctus suos. [20] Et respondit ad me, & dixit, Bene tu iudicasti, & quare nō iudicasti tibimetipsi? [21] Quēadmodum enim terra syluæ data est, & mare fluctibus suis: sic qui super terram inhabitāt, quæ sunt super terram intelligere solummodo possunt: & qui super cælos, quæ super altitudinem cælorum. [22] Et respondi, & dixi, Deprecor te Domine, vt mihi detur sensus intelligendi. [23] non enim volui C interrogare de superioribus tuis, sed de his quæ pertranseunt per nos quotidie. propter quid Israel datus in opprobriū gentibus, quem dilexisti populum, datus est tribubus impiis, & lex patrū nostrorum in interitum deducta est, & dispositiones scriptæ nusquam sunt: [24] & pertransimus de sæculo, vt locustæ, & vita nostra stupor & pauor, & nec digni sumus misericordiā consequi. [25] Sed quid faciet nomini suo quod inuocatū est super nos? & de his interrogaui. [26] Et respondit ad me, & dixit, Si fueris plurimū scrutatus, frequenter miraberis: quoniam festinans festinat sæculū pertransire, [27] & non capit portare quæ in futuris temporibus iustis repromissa sunt: quoniam plenum iniustitia est sæculum hoc & infirmitatibus. [28] De quibus autem interrogas, dicam: seminatū enim est malum, & necdum venit destructio ipsius. [29] Si ergo non inuersum fuerit quod seminatum est, & discesserit locus vbi seminatum est malum, non veniet vbi seminatum est bonū. [30] Quoniam gramen seminis mali seminatum est in corde Adā ab initio & quantū impietatis generauit vsq; nunc, & generat vsque cùm veniat area? [31] Æstima autem apud te gramen mali seminis, quantum fructum impietatis generauit, [32] quando secatæ fuerint spicæ, quarum non est numerus, quā magnam aream incipient facere? [33] Et respondi, & dixi, Quomodo, & quando hæc? Quare modici & mali anni nostri? [34] Et respondit ad me, & dixit mihi, Non festines tu super altissimum. Tu enim festinas inaniter esse super ipsum. nam excessus tuus multus. [35] Nonne de his interrogauerunt animæ iustorū in promptuariis suis, dicentes, Vsquequo spero sic? & quando veniet fructus aræ mercedis nostræ? [36] Et respondit ad ea Ieremiel archangelus, & dixit, Quando impletus fuerit numerus seminum in vobis, quoniam in statera ponderauit sæculum, [37] & mensura mensurauit tempora, & numero numerauit tempora, & non commouit, nec excitauit vsquedū impleatur prædicta mensura. [38] Et respondi, & dixi, O Dominator Domine, sed & nos omnes pleni sumus impietate. [39] Et ne fortè propter nos non implcātur iustorū arcę, propter peccata inhabitantiū super terram. [40] Et respondit ad me, & dixit, Vade, et interroga prægnantē, siquando impleuerit nouē menses suos, adhuc poterit matrix eius retinere partum in semetipsa? [41] Et dixi, Non potest Domine. Et dixit ad me, In inferno promptuaria animarum matrici assimilata sunt. [42] Quemadmodū enim illa festinat quæ parit, effugere necessitatem partus: sic & hæc festinat reddere ea quæ cōmendata sunt. [43] Ab initio tibi demōstrabitur de his quæ cōcupiscis videre. [44] Et respōdi, & dixi, Si inueni gratiam ante oculos tuos, & si possibile est, & si idoneus sum, [45] demonstra mihi, si pluſquam præteritum sit habet venire, aut plura pertransierunt supra quàm futurum est. [46] Quid pertransiuit, scio: quid autem futurū sit, ignoro. [47] Et dixit ad me, Sta super dexteram partē, & demonstrabo tibi interpretationem similitudinis. [48] Et steti, & vidi: & ecce fornax ardens transiit coram me. & factum est, cùm transiret flamma, vidi: & ecce superauit fumus. [49] Post hæc transiit coram me nubes plena aquæ, & immisit pluuiā impetu multam. & cùm transisset impetus pluuiæ, superauerunt in ea guttæ. [50] Et dixit ad me, Cogita tibi, sicut crescit pluuia amplius quàm guttæ, & ignis quàm fumus: sic superabundauit quæ transiit mensura. Superauerunt autem guttæ, et fumus: [51] & oraui, & dixi, Putas viuo vsque in diebus illis? vel quid erit in diebus illis? [52] Respōdit ad me, & dixit, De signis, de quibus me interrogas, ex parte possum tibi dicere, de vita autē tua non sum missus dicere tibi, sed nescio.

CAP. V.

DE signis autem: ecce dies venient, in quibus [1] apprehendētur qui inhabitant terram in cen A su multo: & abscōdetur veritatis via: & sterilis erit á fide regio: [2] & multiplicabitur iniustitia super hanc quam ipse tu vides, & super quam audiui olim: [3] & erit impositio vestigio quam nūc vides regnare regionem, & videbunt eam desertam. [4] Si autē tibi dederit Altissimus viuere, vidébis post tertiá tubam, & reluceſcet subitò sol nocte, & luna ter in die, [5] & de ligno sanguis stil labit, & lapis dabit vocē suā, & populi cōmouebuntur: [6] & regnabit, quem non sperant qui inhabitant super terram, & volatilia commigrationem faciēt: [7] & mare Sodomiticū pisces reiiciet, & dabit vocem noctu, quā non nouerant multi. omnes autem audient vocem eius, [8] & chaos fiet per loca multa, & ignis frequenter remittetur, & bestiæ agrestes transmigrabūt & mulieres mēstruatæ pariēt mōstra, [9] & in dulcibus aquis salse inuenientur, & amici omnes semetipso expugnabunt: & abscondetur tunc sensus, & intelleeius separabitur in prōptuariū suū: [10] & quærētur à multis, & nō inuenietur: & multiplicabitur iniustitia, & incontinētia super terrā. [11] Et interrogabit regio proximā suā, & dicet, Nūquid per te pertransiit iustitia iustū faciens? Et hoc negabit. [12] Et erit in illo tēpore, & sperabunt homines, & nō impetrabunt: laborabunt, & nō dirigētur viæ eorū. [13] Hęc signa dicere tibi permissum est mihi: & si oraueris iterū & plorabueris, sicut & nunc, & ieiunaueris septem diebus, audies iteratò horum miriora. [14] Et euigilaui, & corpus meum horruit valde: & anima mea laborauit, vt deficeret: [15] & Benouit me qui venit angelus, qui loquebatur in me, & confortauit me, & statuit me super pedes. [16] Et factū est in nocte secunda, & venit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi, Vbi eras? & quare vultus tuus tristis? [17] An nescis, quoniā tibi creditus est Israel in regione transmigrationis eorū? [18] Exurge ergo, & gusta panē, & non derelinquas nos, sicut pastor gregē suum in manibus luporū malignorum. [19] Et dixi ei, Vade à me, & non appropies ad me. Et audiuit, vt dixi: & recessit à me. [20] Et ego ieiunaui diebus septē vlulans & plorans, sicut mihi mādauit Vriel angelus. [21] Et factū est post dies septem, & iterū cogitationes cordis mei molestæ erant mihi valde. [22] & resumpsit anima mea spiritum intellectus: & iterum cœpi loqui coram Altissimo sermones, [23] & dixi, Dominator Domine ex omni sylua terræ, & omnibus arboribus eius, elegisti vineam vnicam: [24] Et ex omni terra orbis, elegisti tibi foueam vnam: & ex omnibus floribus orbis elegisti tibi lilium vnū: [25] & ex omnibus abyssis maris, replesti tibi riuum vnū: & ex omnibus ędificatis ciuitatibus, sanctificasti tibimetipsi Siō: [26] & ex omnibus creatis volatilibus, nominasti tibi columbā vnā & ex omnibus plasmatis pecoribus, prouidisti tibi oue vnam: [27] & ex omnibus multiplicatis populis, acquisiuisti tibi populum vnum: & ab omnibus probatā legem donasti huic, quē desyderasti populo. [28] Et nunc Domine, vt quid tradidisti vnū pluribus? Et præparasti super vnam radicē alias, & dispersisti vnicū tuum in multis: [29] & conC culcauerunt eū, qui contradicebant spōsionibus tuis, quique tuis testamentis nō credebant. [30] Et si odiens odisti populū tuum, tuis manibus debet castigari. [31] Et factū est, cū locutus essem sermones, & missus est angelus ad me, qui antè venerat ad me prēterita nocte, [32] & dixit mihi, Audi me, & instruam te: & intende mihi, & adiiciam corā te. [33] Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad me, Valde tu in excessu mentis factus es pro Israel: an plus dilexisti eū, quàm qui eū fecit? [34] Et dixi ad eum, Non Domine, sed dolens locutus sum. Torquent enim me renes mei per omnē horā, quærentē apprehendere semitam Altissimi, & [35] inuestigare partem iudicij eius. [36] Et dixit ad me, Nō potes. Et dixi, Quare Domine? Ad quid nascebar, aut quare nō fiebat matrix matris meę mihi sepulchrū vt non viderē laborē Iacob, & defatigationē generis Israel? [37] Et dixit ad me, Numera mihi quæ necdum venerāt, & collige mihi dispersas guttas, & reuirida mihi aridos flores, [38] & aperi mihi clausa prōptuaria, & produc mihi inclusos in eis flatus, demōstra mihi vocis imaginē: & tunc ostendam tibi laborē quem rogas videre. [39] Et dixi, Dominator Domine, quis enim est qui potest hæc scire, nisi qui cum hominibus habitationem nō habet? [40] Ego autem insipiens, & quomodò potero dicere de his, quibus me interrogasti? [41] Et dixit ad me, Quomodò non potes facere vnum de his quæ dicta sunt: sic nō poteris inuenire iudicium meum, aut in fine charitatem, quā populo promisi. [42] Et dixi, Sed ecce Domine tu propè es his qui in finem sunt: & quid facient D qui ante me fuerunt, aut nos, aut hi qui post nos? [43] Et dixit ad me, Coronę assimilabo iudiciū meū. Sicut non nouissimorum tarditas, sic nec priorū velocitas. [44] Et respondi, & dixi, Nec poteras facere eos qui facti sunt, & qui sunt, & qui futuri sunt, in vnum, vt celerius iudicium tuū ostēdas? [45] Et respondit ad me, & dixit, Non potest festinare creatura super creatorem, nec sustinere seculum eos qui in eo creandi sunt in vnum. [46] Et dixi, Quomodo dixisti seruo tuo, quoniam viuificans viuificasti à te creatam creaturā in vnum,

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sustinebat creatura: poterit & nũc portare præsentes in vnum. [44] Et dixit ad me, Interroga matricem mulieris, & dices ad eam, Et si paris, quare per tẽpus? Roga ergo eam, vt det decẽ in vnũ. [45] Et dixi, Non vtiq; poterit: sed secundũ tẽpus. [46] Et dixit ad me, Et ego dedi matricem terræ his qui seminati sunt super eã per tempus. [47] Quemadmodũ enim infans nõ parit ea, quæ senũ sunt: sic ego disposui à me creatũ seculum. [48] Et interrogaui, & dixi, Cũ iã dederis mihi viã, loquar corã te: nam mater nostra, de qua dixisti mihi, adhuc iuuenis est: iam senectuti appropinquat. [49] Et respõdit ad me, & dixit, Interroga eam quæ parit, & dicet tibi. [50] Dices enim ei, Quare quos pepe- [51] risti, nunc non sunt similes his qui ante te, sed minores statura? [52] Et dicet tibi & ipsa, Alij sunt qui in iuuentute virtutis nati sunt: & alij qui sub tẽpore senectutis, deficiente matrice sunt nati. [53] Cõsydera ergo & tu, quoniã minoti statura estis præ [54] his qui ante vos: [55] & qui post vos, minori quàm vos, quasi iam senescentes creaturæ, & fortitudinem iuuentutis prætereuntes. Et dixi, Rogo Domine, si inueni gratiã ante oculos tuos, demõstra seruo tuo, per quem visites creaturam tuam.

CAP. VI.

[1] ET dixit ad me, Initio terreni orbis, & antequã [2] Estarent exitus seculi, & antequam spirarent A conuentiones ventorũ, [3] & antequã sonarẽt voces tonitruum, & antequam splenderent nitores coruscationũ, & antequam confirmarentur fundamenta paradisi, [4] & antequam viderentur decori flores, & antequam confirmarentur motæ [5] virtutes, & antequam colligerentur innumerabiles militiæ angelorum. [6] & antequã extollerentur altitudines aeris, & antequam nominarentur mensuræ firmamentorum, & antequam æstuarent camini in Sion, [7] & antequam inuestigarẽtur præsentes anni, & antequam abalienarentur eorũ qui nunc peccant adinuentiones, & consignati essent qui fidẽ thesaurizauerũt: [8] tũc cogitaui, & facta sunt per me solum, & nõ per alium: & finis per me, & non per alium. [9] Et respondi, & dixi, Quæ erit separatio temporum? aut quando prioris finis, & sequentis initium? [10] Et dixit ad me, Ab Abrahã vsq; ad Isaac, quando nati sunt ab eo Iacob & Esau, manus Iacob tenebat ab initio calcaneũ Esau: [11] finis enim huius seculi Esau, & principium sequentis Iacob. [12] Hominis manus inter calcaneum & manum. Aliud noli quærere Esdra. [13] Et respõdi, & dixi, O dominator Domine, si inueni gratiã ante oculos tuos, [14] oro vt demõstres seruo tuo finẽ signorũ tuorũ quorum partem mihi demõstrasti nocte præcedenti. [15] Et respondit, & dixit ad me, Surge super pedes tuos, & audi vocem plenissimam somitus. [16] Et erit sicut commotio, nec commouebitur loeus, in quo [17] stes super eum. [18] Ideo cùm loquitur, tu non expaueas, quoniam de fine verbum & fundamentũ [19] terræ intelligitur, [20] quoniam de ipsis sermo tre- B miscit & commouetur. scit enim quoniam finem [21] eorum oportet cõmutari. [22] Et factum est, cùm audissem, surrexi super pedes meos, & audiui: & ecce vox loquens, & sonus eius sicut sonus aqua- [23] rum multarum, [24] & dixit, Ecce dies veniunt, & erit quando appropinquare incipiam, vt visitem [25] habitates in terra: [26] & quando inquirere incipiam ab eis qui iniustè nocuerunt iniustitia sua, [27] & quando suppleta fuerit humilitas Sion. [28] & cũ superfignabitur seculum quod incipiet pertransire, hæc signa faciam, Libri aperientur ante faciẽ [29] firmamenti, & omnes videbunt simul, [30] & anniculi infantes loquentur vocibus suis, & prægnãtes immaturos parient infantes trium & quatuor [31] mensium, & viuent, & suscitabuntur. [32] Et subitò apparebũt seminata loca non seminata, & ple- [33] na promptuaria subitò inuenientur vacua: [34] & tuba canet cum sono, quam cùm omnes audient, subitò expauescent. [35] Et erit in illo tempore, debellabũt amici amicos vt inimici, & expauescet terra cum his: & venæ fontium stabunt, & [36] non decurrẽt in horis tribus: [37] & erit, omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis quibus prædixi tibi, ipse saluabitur, & videbit salutare meum, [38] & finem seculi vestri. [39] Et videbunt qui recepti sunt homines, qui morte non gustauerunt à natiuitate sua, & mutabitur cor inhabitantium, & [40] conuertetur in sensum alium. [41] Delebitur enim malum, & extinguetur dolus. [42] Florebit autem fides, & vincetur corruptela, & ostendetur veri- [43] tas quæ sine fructu fuit diebus tantis. [44] Et factũ est, cùm loquereturmihi, & ecce paulatim intue- [45] bar super eũ ante quem stabã, [46] Et dixit ad me hæc, Veni tibi ostendere tempus venturæ noctis. [47] Si ergo iterum rogaueris, & iterum iciunaueris septem diebus, iterum tibi renuntiabo horum [48] maiora per diem quàm audiui. [49] Audita est enim C vox tua apud Altissimum. Vidit enim fortis dilectionem tuam, & prouidit pudicitiam, quam à [50] iuuentute tua habuisti: [51] & propter hoc nisit me demonstrare tibi hæc omnia, & dicere tibi: Con- [52] fide, & noli timere, [53] & noli festinare cum prioribus temporibus cogitare vana, vt non prope- [54] res à nouissimis temporibus. [55] Et factum est post hæc, & sicut iterum: & similiter iciunaui septem diebus, vt suppleam tres hebdomadas, quæ di- [56] ctæ sunt mihi. [57] Et factũ est in octaua nocte, & cor meum turbabatur iteratò in me, & cœpi lo- [58] qui coram Altissimo. [59] Inflammabatur enim spi- [60] ritus meus valde, & anima mea anxiabatur. [61] & dixi, O Domine, loquens locutus es ab initio creaturæ in primo die dicens, Fiat cælum & ter- [62] ra: & tuum verbum opus perfectum. [63] Et erat tunc

tunc spiritus, & tenebræ circunferebantur, & silentium, sonus vocis hominis nondum erat abs- [64] te. [65] Tunc dixisti de thesauris tuis proferri lumẽ [66] luminosum, quo appareret opus tuum. [67] Et die [68] secundo creasti spiritum firmaméti, & imperasti [69] ei vt diuideret & diuisionem faceret inter aquas, vt pars quædã sursum recederet, pars verò deorsum maneret. [70] Et tertia die imperasti aquis cõ- [71] gregari in septima parte terræ: sex verò partes siccas & conseruasti, vt ex his sint coram te minis- [72] trantia seminata à Deo, & culta. [73] Verbum [74] enim tuum processit, & opus statim fiebat. [75] Processit enim subitò fructus multitudinis [76] immensus, & concupiscentiæ gustus multifor- [77] mes, & flores colore immutabili, & odores odora- [78] menti inuestigabilis. & die tertia hęc facta sunt. [79] Quarta autem die imperasti fieri solis splendo- [80] rem, lunæ lumen, stellarũ dispositionẽ. [81] Et imperasti eis, vt deseruirent futuro plasmato ho- [82] mini. [83] Quinto autem die dixisti septimæ parti, [84] vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia, & volatilia, & pisces: & ita fiebat. [85] Aqua [86] muta, & sine anima quæ Dei nutu iubebantur, animalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrent. [87] Et tunc conseruasti duas animas: [88] vnum vni vocasti Henoch, & nomen secundæ vocasti Leuiathan, [89] & separasti ea ab alterutro. [90] Non enim poterat septima pars, vbi erat aqua congregata, capere ea. [91] Et dedisti Henoch v- [92] nam partem, quæ siccata est tertio die, vt habiter in ea vbi sunt montes mille. [93] Leuiathan autem dedisti septimam partẽ humidam, & seruasti [94] eam, vt fiat in deuorationem quibus vis, & quãdo vis. [95] Sexto autem die imperasti terræ, vt creaster coram te iumenta, & bestias, & reptilia: [96] & [97] super his Adam, quem constituisti ducem super omnibus factis quæ fecisti, & ex eo educimur [98] nos omnes, quemque elegisti populũ. [99] Hęc autem omnia dixi corã te Domine, quia propter nos [100] creasti seculũ. [101] Residuas autem gẽtes ab Adam [102] natas dixisti eas nil esse, & quoniam saliuæ assimilatæ sunt, & quasi stillicidium de vase simila- [103] bis abundantiam eorũ. [104] Et nunc Domine, ecce, [105] istæ gentes, quæ in nihilum deputatæ sunt; cœperunt dominari nostri, & deuorare: [106] nos autẽ [107] populus tuus quem vocasti primogenitum vnigenitum æmulatorem tuum, traditi sumus in [108] manibus eorum: [109] & si propter nos creatum [110] est seculum, quare non hæreditatem possidemus tum seculo? Vsquequo hæc.

CAP. VII.

[1] ET factum est, cùm finissem loqui verba hæc, [2] E missus est ad me angelus qui missus fuerat ad A me primis noctibus, [3] & dixit ad me, Surge Esdra, & audi sermones quos veni loqui ad te. [4] Et [5] dixi, Loquere Deus meus. Et dixit ad me, Mare positum est in spatioso loco, vt esset altum & [6] immensum: [7] erit autem ei introitus in angusto [8] loco positus, vt esset similis fluminibus. [9] Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre eũ, vel dominari eius: si non transierit angustum, in [10] latitudinẽ quomodò venire poterit? [11] Ité aliud, Ciuitas est ædificata, & posita in loco campestri: [12] est autem plena omnium bonorum. [13] introitus eius angustus & in præcipiti positus, vt esset à [14] dexteris quidẽ ignis, à sinistris aqua alta: [15] semita autem est vna sola inter eos posita, hoc est, inter ignem & aquam, vt non capiat semita, nisi [16] lummodò vestigium hominis. [17] Si autẽ dabitur ciuitas homini in hereditatem, si nunquam antepositum periculum pertransierit, quomodò [18] accipiet hæreditatẽ suam? [19] Et dixi, Sic Domine. [20] Et dixit ad me, Sic est & Israel pars. [21] Propter eos enim feci seculum: & quando transgressus est Adã cõstitutiones meas, iudicatum est quod [22] factum est. [23] Et facti sunt introitus huius seculi angusti, & dolentes, & laborioſi: pauci autem & mali, & periculorũ pleni, & labore magnopere [24] fulti. [25] nã maioris seculi introitus spatiosi & se- [26] curi, & faciẽtes immortalitatis fructũ. [27] Si ergo ingredientes non fuerunt ingressi qui viuunt, angusta & vana hæc: non poterunt recipere quę [28] sunt reposita. [29] Nunc ergo quare tu conturbaris, cùm sis corruptibilis? & quid mouẽris tu, cũ [30] sis mortalis: [31] Et quare non accepisti in corde tuo quod est futurum, sed quod in præsenti? [32] Respõdi & dixi, Dominator Domine, ecce dispositi lege tua, quoniã iusti hæreditabunt hæc, [33] impij autẽ peribunt. [34] Iusti autem ferent angusta, sperantes spatiosa. qui enim impiè gesserunt, & angusta passi sunt, & spatiosa non videbunt. [35] Et dixit ad me, Nõ est iudex super Deum, neq; B intelligens super Altissimum. [36] Pereunt enim [37] multi præsentes, quia negligitur quæ antepositа [38] est Dei lex. [39] Mandans enim mandauit Deus venientibus, quãdo venerunt, quid facientes viuerent, & quid obseruãtes nõ punirentur. [40] Hi autẽ nõ sunt persuasi, & contradixerunt ei, & cõstituerunt sibi cogitamẽ vanitatis, [41] & proposuerunt sibi circunuentiones delictorũ, & superdixerunt Altissimo nõ esse, & vias eius nõ cognouerunt, [42] & legem eius spreuerũt, & sponsiones eius abnegauerũt, & in legitimis eius fidem non [43] habuerũt, & opera eius nõ perfecerunt. [44] propter [45] hoc Esdra vacua vacuis, & plena plenis. [46] Ecce tempus veniet, & erit quando venient signa quæ prædixi tibi, & apparebit sponsa, & appareſcens [47] ostendetur quæ nunc subducitur terra: [48] & omnis qui liberatus est de prædictis malis, ipse vide- [49] bit mirabilia mea. [50] Reuelabitur enim filius meus IESVS cum his qui cum eo sunt, & iucundabuntur qui relicti sunt in annis quadrin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentis. [32] Et erit post annos hos, & morietur fi- 32
lius meus CHRISTVS, & omnes qui spiramen-
ti habent homines: [33] & cõuertetur seculum in 33
antiquũ silentium diebus septẽ, sicut in prio-
ribus iudiciis, ita vt nemo derelinquatur. [34] Et erit 34
post dies septem, & excitabitur quod nondum
vigilat seculum, & morietur corruptũ, [35] & terra 35
reddet quæ in ea dormiunt & puluis qui in eo
silentio habitant, & promptuaria reddent quæ
eis commendatæ sunt animæ. [36] Et reuelabitur 36
Altissimus super sedem iudicij, & pertransibunt
miseriæ, & longanimitas congregabitur. [37] Iu- 37
dicium autem solum remanebit, veritas stabit &
fides conualescet, [38] & opus subsequetur, & 38
merces ostendetur, & iustitiæ vigilabunt, & in-
iustitiæ nõ dominabuntur. [39] Et dixi, Primus A- 39
Gen. 18. brahã propter Sodomitas orauit, & Moyses pro C
Exo. 32. patribus qui in deserto peccauerunt, [40] & qui 40
Num. 14. post eum pro Israel in diebus Achaz, & Samue-
Deu. 9. lis: [41] & Dauid pro contractione, & Salomon pro 41
3. Reg. 8. eis qui venerunt in sanctificationem, [42] & Elias 42
1. Reg. 18. pro his qui pluuiam acceperunt, & pro mortuo
3. Reg. 17. vt viueret, [43] & Ezechias pro populo in diebus 43
4. Reg. 20. Sennacherib, & multi pro multis. [44] Si ergo mo- 44
do quando corruptibile increuit, & iniustitia
multiplicata est, & orauerunt iusti pro impiis:
quare & nunc sic non erit? [45] Et respondit ad me, 45
& dixit, Præsens seculum non est finis, gloria in
eo frequens manet: propter hoc orauerunt pro
inualidis. [46] Dies enim iudicij erit finis temporis 46
huius, & initium temporis futuræ immortalita-
tis, in quo transiuit corruptela: [47] soluta est in- 47
temperantia, abscisa est incredulitas: creuit au-
tẽ iustitia, orta est veritas. [48] tunc enim nemo po- 48
terit saluare eum qui periit, neq; demergere qui
vicit. Et respondi, [49] & dixi, Hic est sermo meus 49
primus & nouissimus, quoniam melius erat non
dare terrã Adam, vel cùm iam dedisset, coercere
eum vt non peccaret. [50] Quid enim prodest ho- 50
minibus in præsenti viuere in tristitia, & mor-
Rom. 5. tuos sperare punitionem? [51] O tu quid fecisti 51
Adam? Si enim tu peccasti, non est factus solius
tuus casus, sed & noster qui ex te aduenimus.
[52] Quid enim prodest nobis si promissum est no- 52
bis immortale tempus: nos autẽ mortalia opera
egimus? [53] Et quoniã prædicta est nobis perennis 53
spes: nos verò pessimi vani facti sumus. [54] Et quo- 54
niam reposita sunt nobis habitacula sanitatis &
securitatis: nos verò malè cõuersati sumus. [55] Et 55
quoniam reposita est gloria Altissimi protegere
eos qui tardè conuersati sunt: nos autẽ pessimis
viis ambulauimus. [56] Et quoniã ostẽditur paradi- 56
sus, cuius fructus incorruptus perseuerat, in quo
est securitas & medela: [57] nos verò non ingredie- 57
mur. in ingratis enim locis cõuersati sumus. [58] Et 58
quoniam super stellas fulgebunt facies eorũ qui D
abstinentiam habuerunt: nostræ autem facies 59
super tenebras nigræ. [60] non enim cogitauimus 60
viuentes quando iniquitatem faciebamus, quòd
incipiemus post mortem pati. [61] Et respondit, 61
& dixit, Hoc est cogitamẽtum certaminis quod
certabit qui super terram natus est homo, [62] vt 62
si victus fuerit, patiatur quod dixisti: si autem
vicerit, recipiet quod dico: [63] quoniam hæc 63
est vita quam Moyses dixit, cùm viueret, ad po- Deu. 30.
pulum, dicens, Elige tibi vitam, vt viuas. [64] Non 64 Deu. 32.
crediderunt autẽ ei, sed nec post eum prophetis:
sed nec mihi qui locutus sum ad eos. [65] quoniã 65
non esset tristitia in perditionem eorum, sicut fu
turum est gaudiũ super eos, quibus persuasa est
salus. [66] Et respondi, & dixi, Scio Domine, quo- 66
niã vocatus est Altissimus misericors in eo quòd
misereatur his qui nondũ in seculo aduenerunt,
[67] & quòd miseretur illis qui cõuersionem faciunt 67
in lege eius: [68] & longanimis est quoniã longa- 68
nimitatẽ præstat his qui peccauerunt quasi suis
operibus: [69] & munificus est, quoniã quidem do- 69
nare vult pro exigentiis: [70] & multæ misericordiæ, 70
quoniã multiplicat magis misericordias his qui
præsentes sunt, & qui præterierunt, & qui futuri
sunt. [71] Si enim non multiplicauerit misericor- 71
dias suas, non viuificabitur seculum cum his qui
inhæreditabãt in eo. [72] Et dõnat: quoniam si nõ 72
donauerit de bonitate sua, vt alleuentur hi qui
iniquitatem fecerunt, de suis iniquitatibus non
poterit decies millesima pars viuificari hominũ.
[73] & iudex si non ignouerit his qui curati sunt 73
verbo eius, & deleuerit multitudinẽ contentio-
num: [74] non fortasis derelinquerentur in innu- 74
merabili multitudine, nisi pauci valde.

CAP. VIII.

[1] ET respondit ad me, & dixit, Hoc seculum fe- 1
cit Altissimus propter multos, futurum au-
tem propter paucos. [2] Dicam autem coram te 2
similitudinem Esdra. Quomodò autẽ interro-
gabis terrã, & dicet tibi, quoniã dabit terra mul-
tam magis vnde fiat fictile, paruum autẽ puluerẽ
vnde aurum fit: sic & actus præsentis seculi.
[3] Multi quidem creati sunt, pauci autẽ saluabun- 3
tur. [4] Et respondi, & dixi, Absorbe ergo anima 4
sensum, & deuora quod sapit. [5] conuenisti enim 5 volens.
obaudire, & prophetare volens'. Nec enim tibi
datum est spatium, nisi solummodò viuere.
[6] O Domine, si non permittes seruo tuo, vt ore- 6
mus coram te, & des nobis semen cordi, & sen-
sui culturam, vnde fructus fiat, vnde viuere
possit omnis corpus, qui portabit locum ho-
minis? [7] Solus enim es, & vna plasmatio nos 7
sumus manuum tuarum, sicut locutus es: [8] & 8
quomodò nunc in matrice plasmatũ est corpus,
& præstas membra: conseruatur in igne & aqua
tua creatio: & nouem mensibus patitur tua
plasmatio

plasmatio tuam creaturam quæ in ea creata est: 9
[9] ipsum autem quod seruat, & quod seruatur, v-
traque seruabuntur: seruataq́, quandoque iterum
reddit matrix, quæ in ea creuerunt. [10] Impera- 10
sti enim ex ipsis membris, hoc est mamillis præ-
bere lac fructui mamillarum, [11] vt nutriatur id 11
quod plasmatum est vsque in tẽpus aliquod, &
postea disponas eum tuæ misericordiæ. [12] Enutri- 12
sti eum tua iustitia, & eruditi eum in lege tua, &
corripuisti eum tuo intellectu: [13] & mortificabis 13
eum, vt tuam creaturam: & viuificabis eum, vt
opus tuum. [14] Si ergo perdideris eum qui tantis 14
laboribus plasmatus est: tuo iussu facile est ordi-
nari, vt & id quod fiebat seruaretur. [15] Et nunc 15
Domine dicã, de omni homine tu magis scis: de
populo autem tuo, ob quẽ doleo: [16] & de hæredi- 16
tate tua, propter quam lugeo: & propter Israel,
propter quẽ tristis sum: & de Iacob, propter quẽ
doleo: [17] ideo incipiam orare coram te pro me, & 17
pro eis: quoniam video lapsus nostros qui inha-
bitamus terram. [18] Sed audiui celeritatem iudicis 18
qui futurus est. [19] Ideò audi vocem meam, & in- 19
telligе sermonem meum, & loquar coram te. Ini-
tiũ verborũ Esdræ priusquàm assumeretur: [20] & 20
dixit, Domine, qui inhabitas seculum, cuius oculi
eleuati in superna & aëre: [21] & cuius thronus 21
inæstimabilis, & gloria incõprehensibilis cui astat
exercitus angelorum cum tremore, [22] quorum 22
seruatio in vento & igni conuertitur: cuius ver-
bum verum, & dicta perseuerantia: [23] cuius iuf- 23
fio fortis, & dispositio terribilis: cuius aspectus
desecat abyssos, & indignatio tabescere facit mõ-
tes, & veritas testificatur: [24] exaudi orationem 24
serui tui, & auribus percipe precationẽ figmenti
tui. [25] Dum enim viuo, loquar: & dum sapio, re- 25
spondebo, [26] nec respicias populi tui delicta, sed 26
qui tibi in veritate seruiunt. [27] Nec intendas im- 27
pia gentiũ studia, sed qui tua testimonia cum do-
loribus custodierunt. [28] Nec cogites qui in con- 28
spectu tuo falsè conuersati sunt, sed memorare
qui ex voluntate tua timorem cognouerũt. [29] Ne- 29
que volueris perdere, qui pecudum mores ha-
buerunt: sed respicias eos qui legem tuam splen-
dide docuerunt. [30] Nec indigneris eis qui bestiis 30
peiores iudicati sunt: sed diligas eos qui semper C
in tua iustitia confidunt, & gloria. [31] Quoniam 31
nos & patres nostri talibus morbis languemus:
tu autem propter nos peccatores misericors vo-
caberis. [32] Si enim desyderaueris vt nostri mise- 32
reatis, tunc misericors vocaberis, nobis autem nõ
habentibus opera iustitiæ. [33] Iusti enim, quibus 33
sunt opera multa reposita, ex propriis operibus
recipient mercedem. [34] Quid est enim homo, vt 34
si indigneris: aut genus corruptibile, vt ita ama-
ris de ipso? [35] In veritate enim nemo de geni- 35
tis est qui non impiè gessit, & de confitentibus
qui non deliquit. [36] In hoc enim annunciabitur 36
iustitia tua, & bonitas tua Domine, cùm miser-
tus fueris eis qui non habent fubstantiam bono-
rum operum. [37] Et respondit ad me, & dixit, 37
Rectè locutus es aliqua: & iuxta sermones tuos
sic & fiet. [38] quoniã non verè cogitabo super plas- 38
ma eorũ qui peccauerunt ante mortẽ, ante iudi-
cium, ante perditionem: [39] sed iucundabor super 39
iustorũ figmentum, & memorabor peregrinatio- Gen. 44. 4.
nis quoque, & saluationis & mercedis receptio-
nis. [40] Quo modo ergo locutus sum, sic & est. 40
[41] Sicut enim agricola serit super terram semina 41
multa, & pantationes multitudinis plantat, sed
non in tempore omnia quæ seminata sunt, saluã-
tur, sed nec omnia quæ plantata sunt radicabunt:
sic & qui in seculo seminati sunt, nõ omnes salua Mat. 13. Luc. 8. Ioã. 12.
buntur. [42] Et respondi, & dixi, Si inueni gratiam, 42
loquar. [43] Quo modo semen agricolæ si non af- 43
cenderit aut non acceperit pluuiam tuam in tẽ-
pore, aut si corruptũ fuerit multitudine pluuiæ,
[44] sic perit: & similiter homo qui manibus tuis 44
plasmatus est, & tu ei imago nominatus: quoniã
simulatus es ei, propter quem omnia plasmasti,
[45] & similasti semini agricolæ. [46] Non irascaris su- 45
per nos, sed parce populo tuo, & miserere hære-
ditati tuæ. Tu autem creaturæ tuæ misereris.
[47] Et respondit ad me, & dixit, Quæ sunt præsen- 46
D tia præsentibus, & quæ futura futuris. [48] Multum 47
enim tibi restat, vt possis diligere meam crea-
turam super me: tibi autem frequenter & ipsi
proximaui, iniustis autẽ nũquam. [49] Sed & in hoc 48
mirabilis es corã Altissimo, [50] quoniam humi- 49
liasti te sicut decet te: & non iudicasti te, vt in- 50
ter iustos plurimum glorificeris. [51] Propter quod
miseriæ multæ, & miserabiles efficientur eis qui
habitant seculum in nouissimis: quia in multa 51
superbia ambulauerunt. [52] Tu autem pro te in- 52
tellige, & de similibus tuis inquire gloriam.
[53] Vobis enim apertus est paradisus, plantata est 53
arbor vitæ, preparatum est futurum tempus, præ-
parata est abundantia, ædificata est ciuitas, pro-
bata est requies, perfecta est bonitas & perfecta
sapientia. [54] Radix mali signata est à vobis: infir- 54
mitas, & tinea à vobis absconsa est: & in infer-
num fugit corruptio in obliuione. [55] Transie- 55
runt dolores, & ostensus est in fine thesaurus im-
mortalitatis. [56] Noli ergo adiicere inquirendo 56
de multitudine eorum qui pereunt. [57] Nam & 57
ipsi accipientes liberratem, spreuerunt Altissi-
mum, & legem eius contempserunt, & vias eius
dereliquerunt. [58] Adhuc autem iustos eius con- 58 Psal. 93.
culcauerunt, [59] & dixerunt in corde suo non esse Rei. & 13. 52.
Deum: & quidem scientes quoniam moriuntur.
[60] Sicut enim vos suscipient quæ prædicta sunt: 59
sic eos sitis & cruciatus, quæ præparata sunt. non
enim voluit hominem disperdi. [61] Sed & ipsi 60

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui creati sunt, coinquinauerunt nomẽ eius qui fecit eos: & ingrati fuerunt ei qui præparauit eis vitam. [41] Quapropter iudicium meũ modò appropinquat. [42] Quæ nõ omnibus demonstraui, nisi tibi, & tibi similibus paucis. Et respondi, & dixi, [43] Ecce nunc Domine demonstrasti mihi multitudinem signorum, quæ incipies facere in nouissimis: sed non demonstrasti mihi quo tempore.

CAP. IX.

ET respondit ad me, & dixit, Metiens metire tempus in semetipso: & erit cùm videris, A quando transierit pars quædam signorum quæ prædicta sunt, [2] tunc intelliges quoniam ipsum est tẽpus in quo incipiet Altissimus visitare seculum quod ab eo factum est. [3] Et quãdo videbitur in seculo motio locotũ, & populorum turbatio, [4] tunc intelliges quoniam de his erat Altissimus locutus à diebus qui fuerunt ante te ab initio. [5] Sicut enim omne quod factũ est in seculo initiũ habet, pariter & cõsummationem, & consummatio est manifesta: [6] sic & Altissimi tẽpora initia habent manifesta in prodigus & virtutibus, & cõsummationes in actu & in signis. [7] Et erit, omnis qui saluus factus fuerit, & qui poterit effugere per opera sua & per fidẽ, in qua credidistis, [8] relinquetur de prædictis periculis, & videbit salutare meum in terra mea, & in finibus meis. quoniã sanctificaui me à seculo. [9] Et tunc miserebuntur qui nunc abusi sunt vias meas: & in tormentis commorabuntur hi qui eas proiecerunt in cõtemptu. [10] Qui enim non cognouerunt me, viuentes beneficia cõsecuti: [11] & qui fastidierunt legẽ meã, cũ adhuc erant habẽtes libertatem, [12] & cùm adhuc esset eis apertus pœnitentiæ locus, non intellexerunt, sed spreuerunt: hos oportet post mortẽ in cruciamento cognoscere. [13] Tu ergo noli adhuc curiosus esse quomodò impij cruciabuntur: sed inquire quomodò iusti saluabuntur, & quorum seculum, & propter quos B seculum, & quando. [14] Et respondi, & dixi, [15] Olim locutus sum, & nunc dico, & postea dicã; quoniã plures sunt qui pereunt, quàm qui saluabũtur: [16] sicut multiplicatur fluctus super guttã. [17] Et respõdit ad me, & dixit: [18] Qualis ager, talia & semina: & quales flores, tales & tincturæ: & qualis operator, talis & creatio: & qualis agricola, talis cultura: quoniã tempus erat seculi. [19] Et nunc cùm essem parans eis his qui nunc sunt, antequã fieret seculum, in quo habitarent: & nemo mihi cõtradixit. [20] tunc enim quisq;, & nunc creator in mundo hoc parato, & messe indeficiẽti & lege inuestigabili corrupti sunt mores eorũ. [21] Et consideraui seculũ, & ecce erat periculũ propter cogitationes quæ in eo aduenerunt. [22] Et vidi, & peperci ei valde: & seruaui mihi acinũ de botro, [23] & plantationem de tribu multa. [24] Pereat ergo multitudo quæ sine causa nata est, & seruetur acinus meus, & plantatio mea: quia cum multo labore perfeci. [25] Tu autem si adhuc intromittas septem dies alios, sed non ieiunabis in eis: [26] ibis in campum florum, vbi domus non est ædificata: & manducabis solummodò de floribus campi, & carnẽ non gustabis, & vinũ non bibes, [27] sed solũmodò flores: [28] deprecare Altissimũ sine intermissione; & veniam, & loquar tecum. [29] Et C profectus sum, sicut dixit mihi, in campum, qui vocatur Ardath, & sedi ibi in floribus. Et de herbis agri manducaui, & facta est esca earũ mihi [30] in saturitatem. [31] Et factum est post dies septem, & ego discumbebã supra fœnũ, & cor meũ iterũ turbabatur sicut antè. [32] Et apertum est os meũ, & inchoaui dicere coram Altissimo, & dixi, [33] O Domine, te nobis ostendens ostensus es patribus nostris in deserto, quod non calcatur, & infructuoso, quando erant exeuntes de Ægypto: & dicens dixisti, [34] Tu Israel audi me, & semen Iacob intẽde sermonibus meis. [35] Ecce enim ego semino in vobis legem meã, & faciet in vobis fructũ, & glorificabimini in eo per seculũ. [36] Nã patres nostri accipientes legem, nõ seruauerunt, & legitima mea nõ custodierũt, & factus est fructus legis non parens: nec enim poterat, quoniam ruus erat. [37] Nam qui acceperunt perierunt, nõ custodientes quod in eis seminatum fuerat. [38] Et ecce, cõsuetudo est, vt cùm acceperit terra semen, vel nauẽ mare, vel vas aliquod escam vel potũ: cùm fuerit exterminatum id, in quo seminatum est, [39] vel in quod missum est: [40] simul id quod seminatum, vel missum est, vel quæ susceptа sunt, exterD minantur, & susceptа iam non manent apud [41] nos: sed nobis sic non factũ est. [42] Nos quidẽ qui legem accepimus peccãtes periuimus, & cor nostrum quod suscepit eam: [43] nam lex non periit, [44] sed permansit in suo labore. [45] Et cùm loquerer hæc in corde meo, respexi oculis meis, & vidi mulierem in dextera parte. & ecce hæc lugebat, & plorabat cum voce magna, & animo dolebat valde, & vestimẽta eius discissa, & cinis super caput eius. [46] Et dimisi cogitatus, in quibus eram cogitans, & conuersus sum ad eam, & dixi ei, [47] Vt quid fles? & quid doles animo? Et dixit ad me, [48] Dimitte me Domine meus, vt defleã me, & adiiciam dolorem: quoniam valde amaro sum [49] animo, & humiliata sum valde. [50] Et dixi ei, Quid passa es? dic mihi. Et dixit ad me, [51] Sterilis fui ego famula tua, & non peperi, habens maritum annis triginta. [52] Ego enim per singulas horas, & per singulos dies, & annos hos [53] triginta deprecor Altissimum nocte ac die. [54] Et factũ est, post triginta annos exaudiuit me Deus ancillam tuam, & vidit humilitatem meam, &

& attendit tribulationi meæ, & dedit mihi filiũ: & iucundata sum super eum valde ego, & vir meus, & omnes ciues mei, & honorificabamus valde Fortem. [46] Et nutriui eum cum labore multo. [47] Et factum est cùm creuisset, & venisset accipere vxorem, feci diem epuli.

CAP. X.

ET factũ est, cũ introisset filius meus in thalamo suo, cecidit, & mortuus est: [2] & euerti- A mus omnes lumina, & surrexerunt omnes ciues eius, ad consolandum me, & quieui vsque in aliũ diem vsque nocte. [3] Et factum est, cùm omnes quieuissent vt me consolarentur vt quiescerem: & surrexi nocte, & fugi: & veni sicut vides in hoc campo: [4] & cogito iam non reuerti in ciuitatẽ, sed hîc consistere: & neq; manducare, neque bibere, sed sine intermissione lugere, & ieiunare vsque dũ moriar. [5] Et dereliqui sermones in quibus erã, & respondi cũ iracundia ad eam, & dixi, [6] Sanctа super omnes mulieres, nõ vides luctum nostrũ, & quæ nobis cõtingunt? [7] Quoniã Sion mater nostra omni tristitia cõtristatur, & humiliatа humiliata est, & luget validissimè. [8] Et nũc quoniã omnes lugemus, & tristes sumus: quoniã omnes cõtristati sumus, tu autem contristaris in vno filio? [9] Interroga enim terram, & dicet tibi: quoniam hæc est, quæ debeat lugere casum tantorum super eam germinantium. [10] Et ex ipsa ab initio omnes nati, & alij venient: & ecce, penè omnes in perditionem ambulant, & exterminiũ sit multitudo eorũ. [11] Et quis ergo debet lugere magis, nisi hæc quę tam magnã multitudinẽ perdidit, quàm tu, quæ pro vno doles? Si autẽ dicis mihi, [12] Quoniam non est planctus meus similis terræ: quoniã fructũ ventris mei perdidi, quẽ cũ mœroribus peperi, & cũ doloribus genui: [13] terra autem secundùm viam terræ, abiitque in ea multitudo præsens, quo modo euẽnit: & ego tibi dispositum suum homini ab initio ei qui fecit eam. [14] Nunc ergo retine apud temetipsam dolorem tuum, & fortiter fer qui tibi contigerunt casus. [15] Si enim iustificaueris terminũ Dei, & consiliũ [16] suũ recipies in tẽpore, & in talibus collaudaberis. B [17] regredere ergo in ciuitatem ad virũ tuum. Et [18] dixit ad me, Non faciã, neq; ingrediar ciuitatẽ, sed hîc moriar. [19] Et apposui adhuc loqui ad eã, & dixi, [20] Noli facere hunc sermonem, sed cõsenti persuadenti. Quot enim casus Sion? Consolare propter dolorem Ierusalem. [21] Vides enim quoniam sanctificatio nostra deserta effecta est, & altare nostrum demolitũ est, & templum nostrum destructum est, [22] & psalterium nostrum humiliatum est, & hymnus conticuit, & exultatio nostra dissoluta est, & lumen candelabri nostri extinctum est, & arca testamenti nostri direpta est, & sancta nostra cõtaminata sunt, & nomen quod inuocatum est super nos, penè prophanatum est: & liberi nostri contumeliam passi sunt, & sacerdotes nostri succensi sunt, & Leuitæ nostri in captiuitatem abierunt, & virgines nostræ coinquinatæ sunt, & mulieres nostræ vim passæ sunt, & iusti nostri rapti sunt, & paruuli nostri perditi sunt, & iuuenes nostri seruierunt, & fortes nostri inua- [23] lidi facti sunt: [24] & quod omniũ maius, signaculum Sion, quoniam resignata est de gloria sua. nam & tradita est in manibus eorum qui nos oderunt. [25] Tu ergo excute tuam tristitiam multam, & depone abs te multitudinem dolorum, vt tibi repropitietur Fortis, & requiem faciet tibi [26] Altissimus requietionem laborum. [27] Et factum est, cùm loquebar ad eam, facies eius fulgebat subitò & species, coruscus fiebat visus eius, vt essem pauens valde ad eam, & cogitarẽ quid esset [28] hoc. [29] Et ecce, subitò emisit sonitũ vocis magnũ timore plenum, vt commoueretur terra à mulie- [30] ris sono. & vidi: [31] & ecce, amplius mulier non C cõparebat mihi, sed ciuitas ædificabatur, & locus demonstrabatur de fundamentis magnis: & ti- [32] mui, & clamaui voce magna, & dixi, [33] Vbi est Vriel angelus, qui à principio venit ad me? quoniam ipse me fecit venire in multitudine in excessu mentis huius, & factus est finis meus in cor- [34] ruptionẽ, & oratio mea in improperiũ. [35] Et cùm essem loquens ego hæc, ecce venit ad me, & vidit [36] me. [37] & ecce erã positus vt mortuus, & intellectus meus alienatus erat, & tenuit dexteram meã, & cõfortauit me, & statuit me super pedes meos, [38] & dixit mihi, [39] Quid tibi est? & quare conturbatus est intellectus tuus, & sensus cordis tui? & [40] quare conturbaris? Et dixi, [41] Quoniã dereliquisti me, & ego quidẽ feci secũdùm sermones tuos, & exiui in cãpum: & ecce vidi, & video quod nõ [42] possum enarrare. Et dixit ad me, [43] Sta vt vir, & [44] commouebo te. Et dixi, [45] Loquere Dominе meus tu in me, noli me derelinquere, vt nõ frustra moriar: [46] quoniã vidi quæ nõ sciebã, & audio quæ nõ scio. [47] Aut nunquid sensus meus falsitur, & anima mea somniat? [48] Nunc ergo deprecor te, vt demonstres seruo tuo de excessu hoc. Et [49] respõdit ad me, & dixit, [50] Audi me & doceam te, & dicam tibi de quibus times: quoniã Altissimus [51] reuelauit tibi mysteria multa. [52] Vidit rectam viam tuam, quoniam sine intermissione contristabaris pro populo tuo, & valde lugebas propter [53] Sion. [54] Hic ergo intellectus visionis quæ tibi apparuit ante paululum. [55] Quam vidisti lugentẽ, [56] inchoasti consolari eam. [57] Nunc autem iam speciem mulieris non vides, sed apparuit tibi ciuitas [58] ædificari. [59] & quoniã enarrabat tibi de casu filij [60] sui, hæc absolutio est. [61] Hæc mulier quam vidiD sti, hæc est Sion, & quoniam dixit tibi quam &

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunc conſpicies, vt ciuitaté ædificetã. [2] Et quo- 41
niam dixit tib, quia ſterilis fuit triginta annis:
propter quod erant anni ſcilicet triginta, quando
non erat in ea adhuc oblatio oblata. [3] Et factũ 46
eſt poſt annos triginta, ædificauit Salomõ ciuita-
té, & obtulit oblationes: tunc fuit quãdo peperit
ſterilis filiũ. [4] Et quod tibi dixit, quoniam nu- 47
triuit eũ cum labore, hoc erat, habitatio in Ieru-
ſalẽ. [5] Et quoniã dixit tibi, quòd filius meus ve- 48
niẽs in ſuo thalamo mortuus eſſet, & cõtigiſſet ei
caſus, hoc erat, quæ facta eſt ruina Ieruſalẽ. [6] Et 49
ecce vidiſti ſimilitudinẽ eius: & quoniã filiũ lu-
geret, inchoaſti cõſolari eã: & de his quæ cõtige-
runt, hęc erãt tibi aperienda. [7] Et nunc videt Al- 50
tiſſimus, quoniã ex animo cõtriſtatus es, & quo-
niã ex toto corde pateris pro ea, oſtẽdit tibi clari
taté gloriæ eius, & pulchritudinem decõris eius.
[8] Propterea enim dixit tibi vt maneres in campo 51
vbi domus nõ eſt ædificata. [9] Sciebã enim ego, 52
quoniã Altiſſimus incipiebat tibi oſtendere hæc:
[10] propterea dixi tibi vt venires in agrum vbi nõ 53
eſt fundamentũ ædificij. [11] Nec enim poterat o- 54
pus ędificij hominis ſuſtineri in loco, vbi incipie-
batur Altiſſimi ciuitas oſtendi. [12] Tu ergo noli 55
timere, neque expaueſcat cor tuum ſed ingredere
re, & vide ſplendorem & magnitudinem ædifi-
cij, quantum capax eſt tibi viſus oculorum vi-
dere: [13] & poſt hæc audies quantum capit audi- 56
tus aurium tuarum audire. [14] Tu enim beatus es 57
præ multis, & vocatus es apud Altiſſimum ſicut
& pauci. [15] Nocte autem quæ in craſtinum fu- 58
tura eſt, manebis hîc: [16] & oſtendet tibi Altiſſi- 59
mus eas viſiones ſupremorum, quæ faciet Altiſ-
ſimus his qui habitant ſuper terram à nouiſsimis
diebus. [17] Et dormiui illam noctem & aliam, 60
ſicut dixerat mihi.

CAP. XI.

ET vidi ſomnium, & ecce aſcendebat de mari 1
aquila, cui erant duodecim alæ pennarum, & A
capita tria. [2] Et vidi, & ecce expandebat alas ſuas 2
in omnem terram, & omnes venti cæli inſufila-
bant in eam, & colligebantur. [3] Et vidi, & de 3
pennis eius naſcebantur contrariæ pennę, & ipſę
fiebant in pennaculis minutis & modicis. [4] Nã 4
capita eius erant quieſcentia, & dimidium caput
erat maius aliorum capitum, ſed ipſa quieſcebat
cum eis. [5] Et vidi, & ecce aquila volauit in pen- 5
nis ſuis, & regnauit ſuper terram, & ſuper eos qui
habitant in ea. [6] Et vidi, quoniam ſubiecta erant 6
ei omnia ſub cælo, & nemo illi contradicebat, ne-
que vnus de creatura quæ eſt ſuper terram. [7] Et 7
vidi, & ecce ſurrexit aquila ſuper vngues ſuos, &
miſit vocem pennis ſuis, dicens, [8] Nolite om- 8
nes ſimul vigilare, dormite vnuſquiſque in loco
ſuo, & per tempus vigilate. [9] Capita autem in 9
nouiſsimo ſeruentur. [10] Et vidi, & ecce vox 10
non exibat de capitibus eius, ſed de medietate
corporis eius. [11] Et numeraui contrarias pennas 11
eius, & ecce ipſæ erant octo. [12] Et vidi, & ecce à 12
dextera parte ſurrexit vna penna, & regnauit
ſuper omnem terram. [13] Et factum eſt cùm regna- 13
ret, venit ei finis, & non apparuit locus eius: &
ſequens exurrexit, & regnabat. Ipſa multũ tenuit
tempus. [14] Et factum eſt cùm regnaret, & venie- 14
bat finis eius, vt non appareret, ſicut prior.
[15] Et ecce, vox emiſſa eſt illi, dicens, [16] Audi 15
tu quæ tanto tempore tenuiſti terram. hæc an- 16
nuntio tibi antequam incipias non apparere.
[17] Nemo poſt te tenebit tempus tuum, ſed nec 17
dimidium eius. [18] Et leuauit-ſe tertia, & tenuit 18
principatum ſicut & priores: & non apparuit &
ipſa. [19] Et ſic contingebat omnibus aliis ſin- 19
gulatim principatum gerere, & iterum nuſquam
comparere. [20] Et vidi, & ecce in tẽpore ſequentes 20
pennæ erigebantur à dextera parte, vt tenerent
& ipſæ principatũ: & ex his erãt quę tenebãt, ſed
tamen ſtatim nõ cõparebant. [21] Nã & aliquæ ex 21
eis erigebantur ſed nõ tenebant principatũ. [22] Et
vidi poſt hęc, & ecce non cõparuerunt duodecim 22
pennæ, & duo pennacula: [23] & nihil ſupererat in 23
corpore aquilæ, niſi duo capita quieſcẽtia & ſex
pennacula. [24] Et vidi, & ecce ſex pẽnaculis diuiſę 24
C ſunt duæ, & mãſerunt ſub capite quod eſt ad de-
xteram partem. Nam quatuor manſerunt in loco
ſuo. [25] Et vidi, & ecce ſubalares cogitabant ſe eri- 25
gere & tenere principatus. [26] Et vidi, & ecce vna 26
erecta eſt, ſed ſtatim nõ cõparuit. [27] Et ſecũdæ ve- 27
locius, quã priores nõ cõparuerunt. [28] Et vidi, & 28
ecce duæ quæ ſuperauerunt apud ſemetipſas co-
gitabãt & ipſæ regnare. [29] & in eo cùm cogitaret, 29
ecce vnum quieſcentiũ capitũ quod erat mediũ,
euigilabat. hoc enim erat duorum capitũ maius.
[30] Et vidi quoniam cõpleta ſunt duo capita ſecũ: 30
[31] & ecce conuerſum eſt caput cum his qui cum 31
eo erant, & comedit duas ſubalares quæ cogita-
bant regnare. [32] Hoc autem caput perconterruit 32
omnẽ terrã, & dominabatur in ea his qui habi-
tant terrã cum labore multo, & potentatũ tenuit
orbis terrarũ ſuper omnes alas quæ fuerũt. [33] Et 33
vidi poſt hæc, & ecce medium caput ſubitò non
cõparuit, & hoc ſicut alæ. [34] Superauerunt autẽ 34
duo capita, quę & ipſa ſimiliter regnauerũt ſuper
terrã, & ſuper eos qui habitãt in ea. [35] Et vidi, & 35
ecce deuorauit caput à dextera parte illud quod
à læua. [36] Et audiui vocẽ dicentẽ mihi, Conſpice 36
contra te, & conſydera quod vides. [37] Et vidi, & 37
D ecce ſicut leo concitatus de ſylua rugiens: & vidi
quoniã emittebat vocẽ hominis ad aquilã. Et di- 38
xit, dicens, [38] Audi tu, & loquar ad te, & dicet 39
Altiſsimus tibi, [39] Nõne tu es qui ſuperaſti de
quatuor animalibus, quæ feceram regnare in ſe-
culo meo, & vt per eos veniret finis temporũ eo-
rum?

rum? [40] Et quartus veniens deuicit omnia ani- 40
malia quæ trãſierunt, & potentatu tenuit ſeculũ
cum tremore multo, & omnem orbẽ eum labore
peſſimo, & inhabitauit tot temporibus orbẽ ter-
rarum cũ dolo. [41] Et iudicaſti terrã nõ cum veri- 41
tate. [42] Tribulaſti enim mãſuetos, & læſiſti quie- 42
ſcentes, & dilexiſti mẽdaces, & deſtruxiſti habita-
tiones eorũ qui fructificabant, & humiliaſti mu-
ros eorũ qui te nõ nocuerũt. [43] Et aſcẽdit contu- 43
melia tua vſque ad Altiſsimũ, & ſuperbia tua ad
Fortẽ. [44] Et reſpexit Altiſsimus ſuperba tempora, 44
& ecce finita ſunt, & ſcelera eius completa ſunt.
[45] Propterea nõ appareas tu aquila, & alę tuę hor- 45
ribiles, & pẽnacula tua peſsima, & capita tua ma-
ligna, & vngues tui peſsimi, & omne corpus tuũ
vanũ, [46] vt refrigeretur omnis terra, & reuertatur
liberata de tua vi, & ſperet iudicium & miſeri-
cordiam eius qui fecit eam.

CAP. XII.

ET factum eſt, dũ loqueretur leo verba hæc ad 1
aquilã, & vidi, [2] & ecce quod ſuperauerat ca- 2
put, & non comparuerunt quatuor alæ, illæ quæ A
ad eũ tranſierunt, & erectæ ſunt vt regnarent: &
erat regnum eorũ exile, & tumultu plenũ. [3] Et 3
vidi, & ecce ipſa non apparebãt, & omne corpus
aquilæ incẽdebatur, & expaueſcebat terra valde,
& ego à tumultu & exceſſu mẽtis, & à magno ti-
more vigilaui, & dixi ſpiritui meo, [4] Ecce tu præ- 4
ſtiſti mihi hoc in eo, quòd ſcrutaris vias Altiſsi-
mi. [5] Ecce adhuc fatigatus ſum animo, & ſpiritu 5
meo imaliduis ſum valde, & nec modica eſt in me
virtus a multo timore, quam expaui nocte hac.
[6] Nunc ergo orabo Altiſsimum, vt me confortet 6
vſq; in finem. [7] Et dixi, Dominator Domine, ſi 7
inueni gratiam ante oculos tuos, & ſi iuſtificatus
ſum apud te præ multis, & ſi certè aſcẽdit depre-
catio mea ante faciẽ tuã, [8] cõforta me, & oſtende 8
ſeruo tuo mihi interpretationẽ & diſtinctionem
viſus horribilis huius, vt pleniſsimè conſoleris
animã meã. [9] Dignũ enim me habuiſti oſtẽdere 9
mihi tẽpora nouiſsima. Et dixit ad me, [10] Hæc eſt 10
interpretatio viſionis huius. [11] Aquilã quã vidi- 11
ſti aſcendentẽ de mari, hoc eſt regnũ quod viſum
eſt in viſione Danieli fratri tuo. [12] Sed non eſt illi 12
interpretatũ, quoniã ego nunc tibi interpretor.
[13] Ecce dies veniunt, & exurget regnũ ſuper terrã, 13
& erit timor acrior omniũ regnorũ quæ fuerunt
ante eũ. [14] Regnabũt autẽ in ea reges duodecim, 14
vnus poſt vnũ. [15] Nã ſecundus incipiet regnare, B
& ipſe tenebit amplius tempus præ duodecim. 15
[16] Hæc eſt interpretatio duodecim alarũ quas vi- 16
diſti. [17] Et quam audiſti vocẽ quæ locuta eſt, non 17
de capitibus eius exeuntẽ, ſed de medio corporis
eius, [18] hæc eſt interpretatio, quoniã poſt tempus 18
regni illius naſcentur cõtentiones nõ modicæ, &
periclitabitur vt cadat. & nõ cadet tũc, ſed iterũ
conſtituetur in ſuũ initium. [19] Et quoniã vidiſti 19
ſubalares octo cohærentes alis eius, [20] hæc eſt in- 20
terpretatio, exurgent in ipſo octo reges, quorum
erũt tẽpora leuia, & anni citati, & duo quidem ex
ipſis perient. [21] Appropinquãte autẽ tẽpore me- 21
dio, quatuor ſeruabuntur in tẽpore, cùm incipiet
appropinquare tẽpus eius vt finiatur: duę verò in
finẽ ſeruabuntur. [22] Et quoniam vidiſti tria capi- 22
ta quieſcentia, [23] hæc eſt interpretatio, in nouiſsi- 23
mis eius ſuſcitabit Altiſsimus tria regna, & renuo-
cabit in ea multa: & dominabũtur terrã, [24] & qui 24
habitant in ea, cũ labore multo ſuper omnes qui
fuerunt ante hos. propter hoc ipſi vocati ſunt ca-
pita aquilæ. [25] Iſti enim erunt qui recapitulabũt 25
impietates eius, & qui perficient nouiſsima eius.
[26] Et quoniã vidiſti caput maius nõ apparens, hæc 26
eſt interpretatio eius. quoniam vnus ex eis ſuper
C lectum ſuum morietur, & tamen cum tormentis.
[27] Nam duo qui perſeuerauerint, gladius eos 27
comedet. [28] Vnius enim gladius comedet qui eũ 28
eo: ſed tamen hic gladio in nouiſsimis cadet. [29] Et 29
quoniam vidiſti duas ſubalares traiicientes ſuper
caput quod eſt in dextera parte, [30] hæc eſt inter- 30
pretatio. hi ſunt quos cõſeruauit Altiſsimus in fi-
nem ſuum, hoc eſt regnum exile, & turbationis
plenum. [31] Sicut vidiſti & leonem, quẽ vidiſti de 31
ſylua euigilantem & rugientem, & loquentem ad
aquilã, & arguentem eam, & iniuſtitias ipſius per
omnes ſermones eius ſicut audiſti: [32] hic eſt vẽtus 32
quem ſeruauit Altiſsimus in finem ad eos, & im-
pietates ipſorum: & arguet illos, & incutiet corã
ipſis diſceptiones eorum. [33] Statuet enim eos in 33
iudicio viuos: & erit, cùm arguerit eos, tunc cor-
ripiet eos. [34] nam reſiduum populum meũ libera- 34
bit cũ miſeria, qui ſaluati ſunt ſuper fines meos,
& iucundabit eos quoadũſq; veniet finis dies iu- 35
dicij, de quo locutus ſum tibi ab initio. [35] Hoc
ſomnium quod vidiſti, & hæ interpretationes.
[36] Tu ergo ſolus dignus fuiſti ſcire Altiſſimi ſecre- 36
tũ hoc. [37] Scribe ergo omnia iſta in libro quæ vi- 37
diſti, & pone ea in loco abſcondito: [38] & docebis 38
ea ſapiẽtes de populo tuo, quorum corda ſcis poſ
ſe capere, & ſeruare ſecreta hæc. [39] Tu autẽ adhuc 39
ſuſtine hîc alios dies ſeptem, vt tibi oſtendatur
quicquid viſum fuerit Altiſsimo oſtendere tibi.
[40] Et profectus eſt à me. Et factum eſt, cùm audiſ- 40
ſet omnis populus quoniam pertranſierunt ſep-
tem dies, & ego non fuiſſem reuerſus in ciuitatẽ,
& congregauit ſe omnis à minimo vſque ad ma-
ximum: & venit ad me, & dixerunt mihi dicen- 41
tes, [41] Quid peccauimus tibi, & quid iniuſtè
D egimus in te, quoniam derelinquens nos ſediſti
in loco hoc? [42] Tu enim nobis ſuperes ſolus ex 42
omnibus populis, ſicut botrus de vinea, & ſicut
lucerna in loco obſcuro, & ſicut portus & nauis
ſaluata à tẽpeſtate. [43] Aut nõ ſufficiunt nobis ma- 43

Universidad de Deusto
Biblioteca

la quæ contingunt? [42]Si ergo tu nos dereliqueris, 44
quanto nobis erat melius si essemus succensi &
nos cum incendio Sion? [43]Nec enim nos sumus 45
meliores eorũ qui ibi mortui sunt. Et plorauerũt
voce magna. Et respõdi ad eos, & dixi, [44]Cõfide 46
Israel, & noli tristari tu domus Iacob. [45]Est enim 47
memoria vestri coram Altissimo, & Fortis nõ est
oblitus vestri in tentatione. [46]Ego enim non de- 48
reliqui vos, neq; excessi à vobis: sed veni in hunc
locum, vt deprecarer pro desolatione Sion, vt
quærerem misericordiam pro humilitate sanctifi-
cationis vestræ. [47]Et nunc ite vnusquisque ve- 49
strũ in domũ suam, & ego veniã ad vos post dies
istos. [48]Et profectus est populus sicut dixi ei in 50
ciuitatem: [49]ego autem sedi in campo septem 51
diebus, sicut mihi mandauit: & manducabam de
floribus solummodò agri, de herbis facta est esca
mihi in diebus illis.

CAP. XIII.

ET factum est post dies septem, & somniaui 1
somnium nocte. [2]Et ecce de mari ventus exur- 2
gebat, vt cõturbaret omnes fluctus eius. [3]Et vi- 3
di, & ecce cõualescebat ille homo cum millibus
cæli: & vbi vultũ suũ vertebat vt cõsideraret, tre-
mebant omnia quæ sub eo videbantur: [4]& vbi- 4
cunque exibat vox de ore eius, ardescebãt omnes
qui audiebãt voces eius sicut quie scit terra quã-
do senserit ignem. [5]Et vidi post hæc, & ecce cõ- 5
gregabatur multitudo hominum, quorũ nõ erat
numerus de quatuor ventis cæli, vt debellarent
hominẽ qui ascẽderat de mari. [6]Et vidi, & ecce 6
sibimetipsi sculpserat montem magnum, & vo-
lauit super eum. [7]Ego autẽ quęsiui videre regio- 7
nem, vel locum vnde sculptus esset mons, & non
potui. [8]Et post hæc vidi, & ecce, omnes qui cõ- 8
gregati sunt ad eum, vt expugnarent eum, time-
bant valde, tamẽ audebant pugnare. [9]Et ecce, 9
vt vidit impetũ multitudinis venientis, nõ leuauit
manũ suã, neq; phramęam tenebat, neq; aliquod
vas bellicosum [10]nisi solummodò vt vidi, quoniã 10
emisit de ore suo sicut flatum ignis, & de labiis
eius spiritus flammæ, & de lingua eius emittebat
scintillas & tempestates, & commista sunt omnia
simul, hic flatus ignis, & spiritus flamæ, & mul-
titudo tempestatis: [11]& cõcidit super multitudi- 11
nem in impetu, quæ præparata erat pugnare, &
succendit omnes, vt subitò nihil videretur de in-
numerabili multitudine, nisi solũmodò puluis,
& fumi odor: & vidi, & extimui. [12]Et post hæc 12
vidi ipsum hominem descendentem de mõte, &
vocantem ad se multitudinẽ aliam pacificã, [13]& 13
accedebat ad eum vultus hominum multorum B
quorundam gaudentium, quorũdam tristantiũ:
aliqui verò alligati, aliqui adducentes ex eis qui
offerebantur. & ægrotauiã multitudine pauo-
ris, & expergefactus sum, & dixi, [14]Tu ab ini- 14
tio demonstrasti seruo tuo mirabilia hæc, & di-
gnum me habuisti vt susciperes deprecationem
meam: [15]& nunc demonstra mihi adhuc inter- 15
pretationem somnij huius. [16]Sicut enim existi- 16
mo in sensu meo, væ qui derelicti fuerunt in die-
bus illis: & multo plus væ his qui nõ sunt derelin-
cti. [17]Qui enim non sunt derelicti, tristes erant. 17
[18]Intelligo nunc quæ sunc reposita in nouissimis 18
diebus, & occurrent eis, sed & his qui derelicti
sunt. [19]Propter hoc venerunt enim in pericula 19
magna, & necessitates multas, sicut ostendunt
somnia hæc. [20]Attamen facilius est periclitan- 20
tem venire in hunc, quàm pertransire, sicut nu-
bem à seculo, & nunc videre quæ contingunt in
nouissimo. Et respondit ad me, & dixit, [21]Et vi- 21
sionis interpretationem dicam tibi: & de qui-
bus locutus es adaperiam tibi. [22]Quoniam de his 22
dixisti qui derelicti sunt, hæc est interpretatio.
[23]Qui aufert periculum illo tẽpore, hic se custo- 23
diuit. qui in periculo inciderunt, hi sunt qui ha-
bent opera & fidem ad Fortissimũ. [24]Scito ergo 24
quoniã magis beatificati sunt qui derelicti, super
eos qui mortui sunt. [25]Hę interpretationes visio- 25
nis, quia vidisti virũ ascendentẽ de corde maris,
[26]ipse est quẽ conseruat Altissimus multis tem- 26
poribus, qui per semetipsum liberabit creaturam
suã: & ipse disponet, qui derelicti sunt. [27]Et quo- 27
niam vidisti de ore eius exire, vt spiritum, & ignẽ,
& tempestatem: [28]& quoniã non tenebat phra- 28
mæam, neque vas bellicosum: corrupit enim im-
petus eius multitudinẽ, quæ venerat expugnare
eum. hæc est interpretatio. [29]Ecce dies veniunt, 29
quãdo incipiet Altissimus liberare eos qui super
terrã sunt: [30]& veniet in excessu mentis super eos 30
C qui inhabitãt terrã. [31]Et alij alios cogitabũt de- 31
bellare: ciuitas ciuitatẽ, & locus locum, & gens
aduersus gentẽ, & regnũ aduersus regnũ. [32]Et e- 32
rit, cùm fiet hæc, & contingent signa quæ ante o-
stendi tibi: & tũc reuelabitur filius meus, quẽ vi-
disti, vt virum ascendentẽ. [33]Et erit quando au- 33
dierint omnes gentes vocem eius: & derelinquet
vnusquisq; in regione sua bellũ suũ, quod habẽt
ad alterutrũ: [34]& colligetur in vnum multitudo 34
innumerabilis, sicut volẽtes venire, & expugnare
eum. [35]Ipse autẽ stabit super cacumẽ mõtis Sion. 35
[36]Sion autẽ veniet, & ostendetur omnibus parata 36
& ædificata, sicut vidisti mõtem sculpi sine ma-
nibus. [37]Ipse autem filius meus arguet quæ ad- 37
inuenerũt Gẽtes, impietates eorũ has quæ tem-
pestati appropinquauerũt propter mala cogita-
menta eorũ & cruciamenta quibus incipiẽt cru- 38
ciari: [38]quæ assimilatæ sunt flammæ, & perdet
eos sine labore per legem quæ igni assimilata est. 39
[39]Et quoniã vidisti eum colligentẽ ad se aliã mul- 40
titudinem pacificam, [40]hæ sunt decem tribus, 41
quæ captiuæ factæ sunt de terra sua in diebus

Oseæ

Oseæ regis, quem captiuũ duxit Salmanasar rex
Assyriorũ: & transtulit eos trans flumen, & trãs-
lati sunt in terram aliã. [41]Ipsi autem sibi dederũt 41
consilium hoc vt derelinquerent multitudinem
gentiũ, & proficiscerentur in vlteriorem regio-
nem, vbi nunquam inhabitauit genus humanũ:
[42]vel ibi obseruare legitima sua, quæ non fuerant 42
seruantes in regione sua: [43]Per introitus autem 43
angustos fluminis Euphratẽ introierunt. D
[44]Fecit enim eis tunc Altissimus signa, & statuit 44
venas fluminis vsquequo transirent. [45]Per eam 45
enim regionẽ erat via multa itineris, anni vnius
& dimidij. ná regioilla vocatur Arsareth. [46]Tunc 46
inhabitauerunt ibi vsq; in nouissimo tempore:
& nunc iterum cùm cœperint venire, [47]iterum 47
Altissimus statuet venas fluminis, vt possint trã-
sire: propter hæc vidisti multitudinem cũ pace.
[48]Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt 48
qui inueniuntur intra terminum meũ. [49]Factũ 49
erit ergo, quando incipiet perdere multitudinẽ
earum, quæ collectæ sunt gentes, proteget eos
qui superauerũt populũ: [50]& tunc ostendet eis 50
multa plurima portẽta. [51]Et dixi ego, Domina- 51
tor Domine, hoc mihi ostẽde, propter quod vidi
virum ascendentẽ de corde maris. Et dixit mihi,
[52]sicut non potes hæc vel scrutari, vel scire quæ 52
sunt in profundo maris: sic non poterit quisque
super terrã videre filiũ meum, vel eos qui cũ eo
sunt, nisi in tempore diei. [53]Hæc est interpretatio 53
somnij quod vidisti, & propter quod illumina-
tus es hic solus. [54]Dereliquisti enim tuã, & circa 54
meam vacasti legem, & quæsisti. [55]Vitam enim 55
tuam disposuisti in sapientia, & sensum tutum
vocasti matrẽ: [56]& propter hoc ostendi tibi mer- 56
eos apud Altissimũ. erit enim post alios tres dies,
ad te alia loquar, & exponã tibi grauia & mira-
bilia. [57]Et profectus sum, & transij in campum, 57
mulrum glorificans & laudans Altissimum de
mirabilibus quæ per tempus faciebat: [58]& quo- 58
niam gubernat ipsum, & quæ sunt in tempori-
bus ipsa, & sedi ibi tribus diebus.

CAP. XIIII.

ET factum est tertio die, & ego sedebam sub 1
quercu. [2]Et ecce, vox exiuit cõtra me de ru- 2
bo, & dixit, Esdra Esdra. Et dixi, Ecce ego Domi- A
ne. Et surrexi super pedes meos. Et dixit ad me,
[3]Reuelãs reuelatus sum super rubũ, & locutus 3
sum Moysi, quando populus meus seruiebat in
Ægypto, [4]& misi eum, & eduxi populũ meũ de 4
Ægypto, & adduxi eũ super montẽ Sina, & deti-
nebã eũ apud me diebus multis: [5]& enarraui ei 5
mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta
& finẽ. & præcepi ei, dicẽs, [6]Hæc in palãm facies 6
verba, & hæc abscondes. [7]Et nunc tibi dico, 7
signa quæ demõstraui, & somnia quæ vidisti, 8
& interpretationes quas tu vidisti, in corde tuo
9 repone ea: [8]tu enim recipieris ab omnibus, cõ-
uerteris residuus cum cõsilio meo & cum simili-
10 bus tuis, vsquequo finiantur tẽpora. [9]quoniã se-
culum perdidit iuuẽtutem suã, & tẽpora appro-
11 pinquant senescere. [10]Duodecim enim partibus
diuisum est seculum, & trãsierunt eius decima &
12 dimidiũ decimę partis: [11]supersunt autẽ eius post
13 mediũ decimæ partis. [12]Nunc ergo dispone do-
B mum tuã, & corripe populũ tuũ, & cõsolare hu-
14 miles eorum, & renuntia iã corruptelæ, [13]& di-
mitte abs te mortales cogitationes, & proiice
abs te pondera humana, & exue te iam infirmã
naturam, & repone in vnam partem molestis-
sima tibi cogitamenta, & festina transmigrare à
15 temporibus his: [14]quæ enim vidisti nunc conti- Matt. 4. * 7. 1. Ioan. 2. 16. 17.
16 gisse mala, iterũ horum deteriora facient: [15]quã-
tum enim inualidum fiet seculum à senectute,
tantũ multiplicabũtur super inhabitantes mala.
17 [16]Prolongauit enim se magis veritas, & appro-
18 pinquauit mendacium. Iam enim festinat veni-
re, quam vidisti visionem. [17]Et respondi, & dixi
19 coram te Domine, [18]Ecce enim ego abibo, sicut
præcepisti mihi, & corripiam præsentem popu-
lum. Qui autem iterum nati fuerint, quis com-
20 monebit? [19]Positum est ergo seculum in tene-
21 bris, & qui inhabitãt in eo sine lumine. [20]Quo-
niã lex tua incensa est, propter quod nemo scit
quæ à te facta sunt, vel quæ incipient opera.
22 [21]Si enim inueni in te gratiã, immitte in me spiri-
tum sanctum, & scribã omne quod factum est in
seculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, vt
possint homines inuenire semitam: & qui volue-
23 rint viuere in nouissimis, viuant. [22]Et respon-
C dit ad me, & dixit, Vadens congrega populum,
& dices ad eos vt non quærant te diebus qua-
24 draginta. [23]Tu autẽ præpara tibi buxos multos,
& accipe tecum Sareã, Dabriam, Salemiam, Eе-
hanum, & Asiel, quinque hos qui parati sunt ad
25 scribẽdum velociter. [24]Et venias huc, & ego ac-
cendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ
non extinguetur quoadusque finiãtur quæ inci-
26 pies scribere. [25]Et tunc perfectis quædam palam
facies, quædam sapientibus absconsè trades. in
27 crastinum enim hac hora incipies scribere. [26]Et
profectus sum, sicut mihi præcepit, & cõgregani
28 omnem populum, & dixi, [27]Audi Israel verba Gen. 47. * 4. Deut. 4.
29 hæc, [28]Peregrinati sunt patres nostri ab initio * 1. & 3. 4. 6. 8. 9. 11.
30 in Ægypto, & liberati sunt inde: [29]& acceperũt
legem vitæ, quam non custodierunt, quam &
31 vos post eos transgressi estis: [30]& data est vobis
terra in sortem, & terra Sion, & patres vestri, &
vos iniquitatẽ feceistis, & non seruastis vias quas
32 præcepit vobis Altissimus: [31]& iustus iudex cùm
sit, abstulit à vobis in tempore quod donauerat.
33 [32]Et nunc vos hic estis, & fratres vestri intror-
34 sum vestrum sunt. [33]Si ergo imperaueritis

sensui

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensui vestro, & erudieritis eor vestrum, viui cõ-
servati eritis, & post mortem misericordiam con-
sequemini. [33] Iudicium enim post mortẽ veniet, [34]
quando iterum reuiuiscemus: & tunc iustorum
nomina parebunt, & impiorum facta ostẽdentur. D
[35] Ad me igitur nemo accedat nunc, neque requi-
rat me vsq; dies quadraginta. [36] Et accepi quinq; [37]
viros, sicut mandauit mihi, & profecti sumus in
campum, & mãsimus ibi. [38] Et factus sum in cra-
stinum, & ecce vox vocauit me dicens, Esdra aper-
ri os tuũ, & bibe quo te potauero. [39] Et aperui os
meũ, & ecce calix plenus porrigebatur mihi. Hoc
erat plenũ sicut aqua: color autẽ eius vt ignis si-
milis. [40] Et accepi, & bibi: & in eo cùm bibissem,
cor meũ cruciabatur intellectu, & in pectus meũ
increscebat sapiẽtia. Nã spiritus meus cõseruaba-
tur memoria. [41] Et apertũ est os meum, & nõ est
clausum amplius. [42] Altissimus dedit intellectũ
quinque viris, & scripserũt quæ dicebãtur excess-
siones noctis, quas non sciebant. [43] Nocte autẽ
manducabant panẽ, ego autem per diem loque-
bar, & per noctem non tacebam. [44] Scripti sunt
autẽ per quadraginta dies libri ducenti quatuor.
[45] Et factum est cùm compleuissent quadraginta
dies, locutus est Altissimus, dicens, Priora quæ
scripsisti, in palã pone, & legãt digni & indigni:
[46] nouissimos autẽ septuaginta conseruabis, vt
tradas eos sapientibus de populo tuo. [47] In his
enim est vena intellectus, & sapientiæ fons, &
scientiæ flumen. Et feci sic.

CAP. XV.

ECce loquere in aures plebis meæ sermones
prophetiæ, quos immisero in os tuũ, dicit Do A
minus: [2] & fac vt in charta scribantur, quoniam
fideles & veri sunt. [3] Ne timeas à cogitationibus
aduersum te, nec turbẽt te incredulitates dicen-
tium, [4] Quoniam omnis incredulus in incre-
dulitate sua morietur. [5] Ecce ego induco, dicit
Dominus, super orbem terrarum mala, gladium,
& famem, & mortẽ, & interitũ: [6] propter quod
superpolluit iniquitas omnẽ terram, & adimpleta
sunt opera nociua illorũ. [7] Propterea dicit Do-
minus: [8] Iam non silebo de impietatibus eorum
quæ irreligiosè agũt, nec sustinebo in his quæ ini-
què exercent: ecce sanguis innoxius & iustus cla-
mat ad me, & animæ iustorũ clamãt perseueráter.
[9] Vindicans vindicabo illos, dicit Dominus, & [9]
accipiã omnem sanguinem innoxiũ ex illis ad me.
Apoc. 6. [10] Ecce populus meus quasi grex ad occisionẽ duci [10]
tur, iã non patiar illũ habitare in terra Ægypti:
[11] sed educã eũ in manu potenti & brachio excel- [11]
so, & percutiã plaga sicut prius, & corrumpã om-
nẽ terrã eius. [12] Lugebit Ægyptus, & fundamẽta [12]
eius plaga verberata, & castigatione quas induc-
et ei Deus. [13] Lugebunt cultores operantes ter- [13]
ram, quoniam deficient semina eorũ ab vredine
[14] & grandine, & à sydere terribili. Væ sæculo, &
[15] qui habitant in eo: [16] quia appropinquauit gla-
dius & contritio eorum, & exurget gens contra
gentẽ ad pugnã, & rhomphæa in manibus eorũ.
[16] [17] Erit enim incõstabilitio hominibus, & alij aliis
inualescentes non curabunt regẽ suum, & prin-
[17] cipes viæ gestorũ suorum in potentia sua. [18] Cõ-
cupiscet enim homo in ciuitatẽ ire, & non pote-
[18] rit. [19] Propter superbiam enim eorum ciuitates
B turbabũtur, domus exterentur, homines metuẽt.
[19] [20] Non miserebitur homo proximum suũ ad irri-
tum faciendum domos eorũ in gladium, ad di-
ripiendas substantias eorum propter famẽ panis
[20] & tribulationẽ multam. [21] Ecce, ego cõuoco, dicit
Deus, omnes reges terræ ad me verendũ, qui
sunt ab Oriẽte & ab Austro, ab Euro, & à Libano,
ad conuertendos in se, & reddere quæ dederunt
[22] illis: [22] sicut faciunt vsque hodie electis meis, sic
faciã & reddã in sinu eorũ. Hæc dicit Dominus
[23] Deus, [23] Nõ parcet dextera mea super peccatores,
nec cessabit rhomphæa super effundẽtes sangui-
[24] nem innoxium super terram. [24] Exiit ignis ab ira
eius, & deuorauit fundamẽta terræ, & peccatores
[25] quasi stramẽ intẽsum. [25] Væ eis qui peccant, & nõ
[26] obseruant mandata mea, dicit Dominus. [26] non
parcã illis. Discedite filij à potestate. Nolite cõ-
taminare sanctificationẽ meã: [27] quoniam nouit
Dominus omnes qui delinquunt in illum. pro-
[27] pterea tradidit eos in mortẽ, & in occisionẽ. [28] Iã
enim venerunt super orbem terrarum mala, &
[28] manebitis in illis. non enim liberabit vos Deus,
[29] propter quod peccastis in eum. [29] Ecce visio hor-
ribilis, & facies illius ab Oriẽte. [30] Et exient natio-
nes draconũ Arabum in curribus multis, & sicut
flatus eorum numerus fertur super terrã, vt iam
timeant & trepident omnes qui illos audient
[30] [31] carmonij insanientes in ira, & exient vt apri de
silua, & aduenient de virtute magna, & consta-
bunt in pugnam cum illis, & vastabunt portio-
[31] nem terræ Assyriorum. [32] Et post hæc superuale-
scent dracones natiuitatis suæ memores, & cõuer
tent se conspirantes in virtute magna ad perse-
[32] quendos eos. [33] Isti turbabuntur & silebunt in
virtute illorũ, & conuertent pedes suos in fugã,
[33] [34] & à territorio Assyriorum subsessor obsidebit
eos, & consumet vnũ ex illis, & erit timor & tre-
mor in exercitu illorũ, & contentio in reges ipso-
[34] rũ. [35] Ecce nubes ad Oriente, & à Septentrione
C vsque ad meridianum, & facies earum horrida
valde, plena iræ & procellæ, & collident se inui-
[35] cem, [36] & collident sydus copiosum super terrã,
& sydus illorum, & erit sanguis à gladio vsque ad
[36] ventrem, [37] & fimus hominis vsque ad subs̃tra-
men cameli, & erit timor & tremor multus super
[37] terram, [38] & horrebunt qui videbuut irã illam,
& tremor apprehendet illos: & post hæc moue-
buntur

buntur nimbi copiosi [39] à meridiano & septen- [39]
trione, & portio alia ab occidente: [40] & superin- [40]
ualescent venti ab oriente, & recludent eam, &
nubẽ quã suscitauit in ira, & sydus ad faciendam
exterminationem ad orientalẽ ventũ & occidentẽ
violabitur: [41] & exaltabuntur nubes magnæ & [41]
validæ plenæ iræ, & sydus, vt exterreant omnem
terram, & inhabitantes eam, & infundent
super omnem locum altum & eminentem sydus
terribile, [42] ignem & grandinem, & rhomphæas [42]
volantes, & aquas multas, vt etiam impleantur
omnes campi, & omnes riui plenitudine aqua-
rum multarum. [43] & demolientur ciuitates, & [43]
muros, & montes, & colles, & ligna syluarum, &
fœnum pratorum, & frumenta eorum. [44] Et [44]
transibunt constantes vsque Babylonem, & ex-
terrent eam: [45] cõuenient ad ipsam, & circuibunt [45]
eam, & effundent sydus, & omnem iram super
eam, & subibit puluis & fumus vsque in cælum,
& omnes in circuitu lugebunt eam: [46] & qui sub [46]
ea remanserint, seruient his qui exterruerunt.
[47] Et tu Asiã concors in spem Babylonis, & gloria [47]
personæ eius, [48] væ tibi misera propter quod as- [48]
similasti ei, & ornasti filias tuas in fornicatione,
ad placendum & gloriandũ in amatoribus tuis,
quæ cum eis cupierunt semper fornicari. [49] Odibi- [49]
lem imitata es in omnibus operibus eius, & in
adinuentionibus eius: propterea dicit Deus, D
[50] Immittam tibi mala, viduitatem, paupertatẽ, & [50]
famẽ, & gladium, & pestem, ad deuastandas do-
mos tuas à violatione, & morte, & gloria virtu-
tis tuæ. [51] Sicut flos siccabitur, cùm exurget ar- [51]
dor qui emissus est super te, [52] infirmaberis vt [52]
paupercula plagata & castigata à mulieribus, vt
non possint te suscipere potentes & amatores.
[53] Numquid ego sic zelabor te, dicit Dominus, [53]
[54] nisi occidisses electos meos in omni tẽpore, ex- [54]
alans percussionẽ manuũ, & dicens super mortẽ
eorum, cùm inebriata esses, [55] Exorna speciem vul- [55]
tus tui? [56] Merces fornicationis tuæ in sinu tuo, [56]
propter hoc redditionem accipies. [57] Sicut facies [57]
electis meis, dicit Dominus: sic faciet tibi Deus,
& tradet te in malum. [58] Et nati tui fame inte- [58]
rimẽt: & tu rhomphæa cades, & ciuitates tuæ cõ-
terentur, & omnes qui in campo gladio cadent.
[59] Et qui sunt in montibus, fame peribunt, & mã- [59]
ducabunt carnes suas, & sanguinem bibent à
fame panis & siti aquæ. [60] Infelix per maria ve- [60]
nies, & rursum accipies mala. [61] Et in transitu [61]
ibi dent ciuitatem occisam, & exterent aliquam
portionẽ terræ tuæ, & partẽ gloriæ tuæ extermi-
nabunt, rursum reuertentes ad Babylonẽ subs-
uersam. [62] Et demolita eris illis pro stipula, & ipsi [62]
erunt tibi ignis: [63] & deuorabunt te, & ciuita- [63]
tes tuas, terram tuam & montes tuos, omnes
syluas tuas & lignum fructiferum igni combu-
rent. [64] Filios tuos captiuos ducent, & censum [64]
tuum in prædam habebunt, & gloriam faciei
tuæ exterminabunt.

CAP. XVI.

[1] VÆ tibi Babylon & Asia, væ tibi Ægypte & [1]
Syriã. [2] Præcingite vos saccis & ciliciis, & [2]
A plangite filios vestros & dolete: quoniam ap-
propinquauit contritio vestra. [3] Immissus est [3]
vobis gladius, & quis est qui auertat illũ? [4] Im- [4]
missus est in vobis ignis, & quis est qui extinguat
illum? [5] Immissa sunt vobis mala, & quis est qui [5]
repellat ea? [6] Nũquid repellet aliquis leonem e- [6]
surientem in sylua, aut extinguet ignem in stipu
la, mox quando cœperit arderе? [7] Nunquid re- [7]
pellet aliquis sagittam à sagittario forti missam?
[8] [8] Dominus fortis immittit mala, & quis est qui
[9] repellat ea? [9] Exiit ignis ex iracũdia eius, & quis
[10] est qui extinguat eum? [10] Coruscabit, & quis nõ
[11] timebit? Tonabit, & quis non pauebit? [11] Do-
minus comminabitur, & quis non funditus con-
[12] teretur à facie ipsius? [12] Terra tremuit, & funda-
mẽta eius, mare fluctuat de profundo, & fluctus
eius disturbabuntur, & pisces eius à facie Domi-
[13] ni, & à gloria virtutis eius. [13] quoniam fortis de-
xtera eius quæ arcũ tẽdit: sagittæ eius acutæ quæ
ab ipso mittũtur, nõ deficient, cùm cœperint mit
[14] ti in fines terræ. [14] Ecce mittuntur mala, & nõ re-
[15] uertentur donec veniant super terram. [15] Ignis
succenditur, & non extinguetur, donec consu-
[16] mat fundamenta terræ. [16] Quemadmodum non
redit sagitta missa à valido sagittario, sic non re-
uertentur mala quæ missa fuerint in terram.
[17] [17] Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit in illis
[18] diebus? [18] Initium dolorum & multi gemitus,
initium famis & multi interitus, initium bello-
rum, & formidabunt potestates, initium malo-
[19] rum, & trepidabunt omnes. [19] In his quid fa-
[20] ciam, cùm venerint mala? [20] Ecce fames & pla-
ga & tribulatio & angustia missa sunt flagella in
[21] emendatione, [21] & in his omnibus se non cõuer-
tent ab iniquitatibus suis, neq; flagellorum me-
[22] mores erunt semper. [22] Ecce, erit annonæ vilitas
B super terrã, sic vt putent sibi esse directam pacẽ,
& tunc germinabunt mala super terrã, gladius,
[23] fames, & magna confusio. [23] A fame enim pluri-
mi qui inhabitant terrã interient, & gladius per-
[24] det cæteros qui superauerint à fame, [24] & mor-
tui sicut stercora proiicientur, & non erit qui cõ-
soletur eos. Derelinquetur enim terra deserta, &
[25] ciuitates eius deiicientur. [25] Non derelinquetur
[26] qui colat terrã, & qui seminet eam. [26] Ligna da-
[27] bunt fructus, & quis vindemiabit illa? [27] Vsq; ma
tura fiet, & quis calcabit illã? Erit enim locis ma-
[28] gna desertio. [28] Cupiet enim homo hominẽ vide-
[29] re, vel vocẽ eius audire. [29] Relinquentur enim de
ciuitate decem, & duo de agro qui absconderint
se

Universidad de Deusto
Biblioteca

se in densis nemoribus, & scissuris petrarum:
[14] quemadmodum derelinquuntur in oliueto & [10]
singulis arboribus tres aut quatuor oliuæ. [15] aut [11]
sicut in vinea vindemiata racemi relinquũtur ab
his qui diligenter vineã scrutantur: [16] sic relin- [12]
quentur in diebus illis tres aut quatuor ab scru-
tantibus domos eorum in rhomphæa. [17] Et relin [13]
quetur terra deserta, & agri eius inueterabũt, &
viæ eius,& omnes semitæ eius germinabunt spi-
nas, eò quòd non transient homines per eã. Lu-
gebunt virgines nõ habentes sponsos: [18] lugebũt [14]
mulieres nõ habentes viros, lugebunt filiæ earũ
non habentes adiutorium: [19] sponsi earum in bel- [15]
lo consumentur, & viri earum in fame exterem-
tur. [20] Audite verò ista, & cognoscite ea serui [16]
Domini. [21] Ecce verbum Domini,excipite illud: [17]
ne dijs credatis de quibus dicit Dominus. [22] Ec- [18]
ce appropinquant mala,& nõ tardant. [23] Quem- [19]
admodum prægnans cùm parit in nono mense C
filium suum, appropinquante hora partus eius
ante horas duas vel tres, dolores circumeunt
ventrem eius, & prodeunte infante de ventre
non tardabunt vno puncto: [24] sic nõ morabun- [20]
tur mala ad prodeundum super terram, & secu-
lum gemet, & dolores circumtenebunt illud.
[25] Audite verbum, plebs mea: parate vos in pu- [21]
gnam, & in malis sic estote, quasi aduenæ ter-
ræ. [26] Qui vendit, quasi qui fugiat: & qui emit, [22]
quasi qui perditurus. [27] Qui mercatur,quasi qui [23]
fructum non capiat: & qui ædificat, quasi non
habitaturus. [28] Qui seminat,quasi qui non me- [24]
tet: sic & qui vineam putat quasi non vinde-
miaturus. [29] Qui nubunt, sic quasi filios non fa- [25]
cturi: & qui non nubunt, sic quasi vidui.
[30] Propter quod qui laborãt, sine causa laborant: [26]
[31] Fructus enim illorum alienigenæ metent, & [27]
substantiam illorum rapient,& domos euertent,
& filios eorum captiuabunt, quia in captiuitate
& fame generant natos suos [32] Et qui negotian- [28]
tur in rapina, quantum diu exornant ciuitates
& domos suas, & possessiones & personas suas,
[33] tanto magis adzelabor eos super peccata sua, [29]
dicit Dominus. [34] Quomodò zelatur fornicaria [30]
muherem idoneam & bonam valdè, [35] sic zela- [31]
bitur iustitia iniquitatẽ cùm exornat se, & accu-
sat eam in facie,cùm venerit qui defendat exqui-
rentem omne peccatum super terram. [36] Propte- [32]
reà nolite similari ei, nec operibus eius: [37] quo- [33]
niã adhuc pusillum, & tolletur iniquitas à terra,
& iustitia regnabit in vos. [38] Non dicat pecca- [34]
tor se nõ peccasse: quoniã carbones ignis cõburet
super caput eius qui dicit, Nõ peccaui corã Do-
mino Deo & gloria ipsius. [39] Ecce Dominus co- [35]
gnoscet omnia opera hominum, & adinuentio-
nes illorum, & cogitationes illorum,& corda il- [36]
lorum. [40] Dixit enim, Fiat terra,& facta est: fiat [37]
cælũ,& factũ est. [41] Et in verbo illius stellæ fun- [38]
datæ sunt, & nouit numerum stellarum. [42] Qui [39]
scrutatur abyssũ,& thesauros illarũ: qui mensus
est mare,& conceptum eius. [43] Qui coneluſit ma- [40]
re,in medio aquarum,& suspendit terram super
aquas verbo suo. [44] Qui extendit cælum quasi [41]
D cameram, super aquas fundauit eum.
[45] Qui posuit in deserto fontes aquarũ, & super [42]
verticẽ montium lacus ad emittendum flumina
ab eminenti petra, vt potaret terrã. [46] Qui fin- [43] potarent
xit hominem, & posuit cor suũ in medio corpo- [44]
ris,& misit ei spiritum,vitam,& intellectum, [47]&
spiramen Dei omnipotentis qui fecit omnia, &
scrutinat omnia absconsa in absconsis terræ. [48] Hic
nouit adinuentionem vestram, & quæ cogitatis
in cordibus vestris, peccãtes & volentes occul- [45]
tare peccata vestra. [49] Propter quod Dominus
scrutinando scrutinauit omnia opera vestra, &
traducet vos omnes, [50] & vos confusi eritis cùm [46]
processerint peccata vestra coram hominibus,&
iniquitates erunt, quæ accusatores stabũt in die
illo. [51] Quid facietis? aut quomodò absconditis [47]
peccata vestra corã Deo & angelis eius? [52] Ecce [48]
iudex Deus,timete eũ. Desinite à peccatis vestris,
& obliuiscamini iniquitates vestras iã agere eas
in sempiterno, & Deus educet vos, & liberabit
de omni tribulatione. [53] Ecce enim incenditur [49]
ardor super vos turbæ copiosæ, & rapiẽt quosdã
ex vobis,& cibabũt idõlis occisos: [54] & qui con- [50]
senserint eis, erunt illis in derisum, & in impro-
perũ, & in cõculcationẽ. [55] erit enim locis locus, [51]
& in vicinas ciuitates exurrectio multa super ti-
mentes Dominum. [56] Erunt quasi insani nemini [52]
parcentes: ad diripiẽdum & deuastandũ adhuc
timentes Dominũ, [57] quia deuastabũt & diripiẽt [53]
substãtias, & de domibus suis eos eiiciẽt. [58] Tũc [54]
parebit probatio electorũ meorũ, vt aurum quod
probatur ab igne. [59] Audite dilecti mei, dicit [55]
Dominus, Ecce adsũt dies tribulationis,& de his
liberabo vos. [60] Ne timeatis, nec hęsitetis, quoniã [56]
Deus dux vester est. [61] Et qui seruat mandata & [57]
præcepta mea, dicit Dominus Deus, ne præpon-
derẽt vos peccata vestra, ne supereleuent le ini- [58]
quitates vestræ. [62] Væ qui cõstringuntur à peccà-
tis suis,& obteguntur ab iniquitatibus suis,quẽ-
admodum ager cõstringitur à sylua, & spinis te-
gitur semita eius per quã non trãsit homo,& ex-
cluditur,& mittitur ad deuorationẽ ignis.

FINIS LIBRORVM ESDRAE.

PROLOGVS B. HIERONYMI IN LIBRVM TOBIÆ.

SHROMATIO & Heliodoro episcopis Hieronymus presbyter in Domino salutem. Mirari non desino exactionis vestræ instantiam. Exigitis enim vt librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum stylum traham: librum vtique Tobiæ, quem Hebræi de catalogo diuinarum Scripturarũ secantes, his quæ Hagiographa memorant, mancipauerunt. Feci satis desiderio vestro, non tamen meo studio. Arguunt enim nos Hebræorum studia, & imputant nobis contra suum canonem Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Pharisæorum displicere iudicio, & Episcoporum iussionibus deseruire, institi vt potui. Et quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico, vtriusque linguæ peritissimum loquacem reperiens, vnius diei laborem arripui: & quicquid ille mihi Hebraicis verbis expressit, hoc ego accito notario sermonibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, cùm gratum vobis dicere me, quod iubere estis dignati, complesse.

LIBER TOBIAE.

Translat. B. Hierony.

CAP. I.

OBIAS ex tribu & ciui Tate Neptalim, quæ est in superioribus Galilææ supra Naason, post viam quæ ducit ad Occidentem, in finistro habens ciuitatem Sepher:

[2] Cùm captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum: in captiuitate tamẽ positus, viam veritatis non deseruit.

[3] Ita vt omnia quæ habere poterat, quotidie concaptiuis fratribus, qui erãt ex eius gente, impartiret.

[4] Cumq; esset iunior omnibus in tribu Neptalim, nihil tamẽ puerile Bgessit in opere.

[5] Denique cùm irent omnes ad vitulos aureos, quos Hieroboam fecerat rex Israel, hic fugiebat consortia omnium.

TOBIAS.

ΤΩΒΙΤ.

κεφαλ. α'.

Βίλος λόγων τωβὶτ, τοῦ τωβὴλ, τοῦ ἀδουὶλ, τοῦ γαβαὴλ, ἐκ τοῦ σπέρματος ἀσαήλ, ἐκ τῆς φυλῆς νεφθαλείμ· [2] ὃς ἠχμαλωτεύθη ἐν ἡμέραις ἐνεμεσσὰρ τοῦ βασιλέως ἀσσυρίων ἐκ βίσβης, ἡ ἐστιν ἐκ δεξιῶν κεδὲς τῆς νεφθαλεὶμ ἐν τῇ γαλιλαίᾳ ἄνω ῥόμ ἀπὸ. [3] ἐγὼ τωβὶτ ὁδοῖς ἀληθείας ἐπορευόμην καὶ δικαιοσύνης πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου· καὶ ἐλεημοσύνας πολλὰς ἐποίουν τοῖς ἀδελφοῖς μου καὶ τῷ ἔθνει μου, τοῖς συμπορευθεῖσι μετ' ἐμοῦ εἰς χώραν ἀσσυρίων εἰς νινευί. [4] καὶ ὅτε ἤμην ἐν τῇ χώρᾳ μου ἐν τῇ γῆ ἰσραὴλ, νεωτέρου μου ὄντος, πᾶσα φυλὴ νεφθαλεὶμ τοῦ πατρός μου ἀπέστη ἀπὸ τοῦ οἴκου ἱερουσαλὴμ τοῦ ἐκλεχθέντος ἀπὸ πασῶν τῶν φυλῶν ἰσραήλ·

[5] καὶ τὰ θυσιάζειν πάντας τὰς φυλὰς· καὶ ἡγιάσθη ὁ ναὸς τῆς κατασκηνώσεως τοῦ ὑψίστου, καὶ ᾠκοδομήθη εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος· καὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ αἱ συναποστᾶσαι, ἔθυον τῷ βάαλ τὴν δαμάλιν, καὶ ὁ οἶκος νεφθαλεὶμ τοῦ πατρός μου.

Interpr. Græc.

CAP. I.

LIBER *sermonum Tobiæ, filij Tobiel, filij Ananiel, filij Adui, filij Gabael, de semine Asael, ex tribu Nephthalim:* [2] *Qui captus est in diebus Enemessari regis Assyriorum è Thisbe, quæ est à dextris propriè Nephthalim in Galilæa supra Aser.* [3] *Ego Tobias vijs veritatis ambulaui, & iustitiæ omnibus diebus vitæ meæ, & eleemosynas multas faciebã fratribus meis & genti meæ, qui ambulauerunt mecum in regionem Assyriorum in Niniuen.*

[4] *Et quando eram in regione mea in terra Israel, iuniore me existente, omnis tribus Nephthalim patris mei recessit à domo Hierosolymorũ, quæ electa est ab omnibus tribubus Israel,* [5] *Vt sacrificarent omnes tribus, & sanctificatũ est templum tabernaculi Altissimi, & ædificatum est in omnes generationes seculi: & omnes tribus quæ recesserant, sacrificabãt Baal potestati, & domus Nephthalim patris mei.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

[4] Et ego solus ibam multotes in Hierusalem in festiuitatibus, sicut scriptum est omni populo Israel in præcepto sempiterno, primitias & decimas fœtuum & primitiua habens, & dabam illa sacerdotibus filijs Aaron ad altare omnium fœtuum.

[5] Primam decimam dabam filijs Aaron ministrantibus in Hierusalem: at secundam decimam vendebam, & ibam & expendebam illa in Hierusalem per singulos annos.

[6] Et tertiam dabam quibus conuenerat, sicut præceperat Debbora mater patris mei, quia orphanus relictus sum à patre meo.

[7] Et cùm factus essem vir, accepi Annam vxorẽ de semine familiæ nostræ, & genui ex ea Tobiam.

[8] Et quando captiuus ductus fui in Niniuen, omnes fratres mei, & qui de genere meo, edebant de panibus gentilium. [9] Ego verò custodiui animã meam ne manducarem.

[10] Quia memor fui Dei in tota anima mea.

[11] Et dedit Altissimus gratiam, & formam in conspectu Enemessari, & fui eius emptor.

[12] Et profectus sum in Mediam, & tradidi Gabelo fratri Gabrie in Rages Mediæ argenti talenta decem.

[13] Et cùm mortuus esset Enemessarus, regnauit Sennacherib filius eius pro eo, & viæ eius cessauerunt; & non amplius potui ire in Mediam.

[14] Et in diebus Enemessari eleemosynas multas faciebam fratribus meis.

[15] Panes meos dabã esurientibus, & vestimenta mea nudis: & si quempiam de genere meo videbam mortuum, & proiectum in muro in Ninive, sepeliebam eum.

[1] Ἐγὼ μόνος ἐπορευόμην πολλάκις εἰς ἱερουσαλὴμ ἐν ταῖς ἑορταῖς, καθὼς γέγραπται πᾶσι τοῖς λαοῖς ἰσραὴλ ἐν προστάγματι αἰωνίῳ, τὰς ἀπαρχὰς καὶ τὰς δεκάτας τῶν γενημάτων καὶ τὰς πρωτοκαρίας ἔχων, καὶ ἐδίδουν αὐτὰς τοῖς ἱερεῦσι τοῖς υἱοῖς ἀαρὼν πρὸς τὸ θυσιαστήριον πάντων τῶν γενημάτων.

[2] τὴν πρώτην δεκάτην ἐδίδουν τοῖς υἱοῖς ἀαρὼν τοῖς θεραπεύουσιν ἐν ἱερουσαλὴμ· τὴν δὲ δευτέραν δεκάτην ἀπετεθλύμην, καὶ ἐπορευόμην καὶ ἐδαπάνων αὐτὰ ἐν ἱερουσαλὴμ κατ' ἔτος ἐνιαυτόν.

[3] καὶ τὴν τρίτην ἐδίδουν οἷς καθήκει, καθὼς ἐνετείλατο δεββώρα ἡ μήτηρ τοῦ πατρός μου, διότι ὀρφανὸς κατελείφθην ὑπὸ τοῦ πατρός μου.

[4] καὶ ὅτε ἐγήρασα δόντι, ἔλαβον γυναῖκα ἐκ τοῦ σπέρματος τῆς πατριᾶς ἡμῶν, καὶ ἐγέννησα ἐξ αὐτῆς τωβίαν. [5] καὶ ὅτε ἠχμαλωτίσθην εἰς νινευί, πάντες οἱ ἀδελφοί μου καὶ οἱ ἐν γῇ ἡμῶν μου, ἔθνιον ἐκ τῶν ἄρτων τῶν ἐθνῶν. [6] ἐγὼ δὲ συνετήρησα τὴν ψυχήν μου μὴ φαγεῖν· [7] καθότι ἐμεμνήμην τοῦ θεοῦ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ μου. [8] καὶ ἔδωκεν ὁ ὕψιστος χάριν καὶ μορφὴν ἐνώπιον ἐνεμεσσάρου, καὶ ἦμεν αὐτὸς ἀγοραστής. [9] καὶ ἐπορευόμην εἰς τὴν μηδίαν· [10] καὶ παρεβέμην γαβαήλῳ τῷ ἀδελφῷ γαβρίᾳ ἐν ῥάγοις τῆς μηδίας ἀργύριον τάλαντα δέκα. [11] καὶ ὅτε ἀπέθανεν ἐνεμέσσαρος, ἐβασίλευσε σενναχηρεὶβ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ· καὶ αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἠκατέστησαν· καὶ οὐκέτι ἠδυνήθην πορευθῆναι εἰς τὴν μηδίαν. [12] καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐνεμεσσάρου ἐλεημοσύνας πολλὰς ἐποίουν τοῖς ἀδελφοῖς μου. [13] τοὺς ἄρτους μου ἐδίδουν τοῖς πεινῶσι, καὶ ταλαντά μου τοῖς γυμνοῖς· καὶ εἴ τινα ἐκ τοῦ γένους μου τεθνηκότα ἐρριμμένον ἔβλεπον ἐπὶ τοῦ τείχους εἰς νινευί, ἔθαπτον αὐτόν.

[4] Et ibam ad Hierusalem ad templũ Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israel, omnia primitiua sua & decimas suas fideliter offerens. [5] Ita vt in tertio anno ꝓselytis & aduenis ministraret omnẽ decimationem. [6] Hæc & his similia secundũ legem Dei puerul' obseruabat. [7] Cùm verò factus fuisset vir, accepit vxorẽ Annam de tribu sua: genuítque ex ea filium, nomen suum imponens ei:

[8] Quem ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato.

[9] Igitur dum per captiuitatẽ deuenisset cum vxore sua & filio in ciuitatẽ Niniuen cum omni tribu sua:

[10] Et cùm omnes ederent ex cibis gentilium, iste custodiuit animã suã, & nunquam contammatus est in escis eorũ. [11] Et quoniã memor fuit Dñi in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in cõspectu Salmanasar regis: [12] Et dedit illi potestatem quocunq; vellet ire, habens libertatẽ quæcunque facere voluisset. [13] Pergebat enim per omnes qui erãt in captiuitate, & monita salutis dabat eis. [14] Cùm autẽ venisset in Rages ciuitatem Medorum, & ex his quibus honoratus fuerat à rege, habuisset decẽ taléta argenti. [15] Et cùm in multa turba generis sui Gabelum egentem videret, qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratũ pondus argenti. [16] Post multũ verò temporis, mortuo Salmanasar rege, cùm regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Israel exosos haberet in conspectu suo:

[17] Tobias quotidie pergebat per omnẽ cognationem suam, & consolabatur eos, diuidebátque vnicuique, prout poterat, de facultatibus suis. [18] Esurientes alebat, nudísque vestimenta præbebat, & mortuis atque occisis sepulturam solicitus exhibebat.

[16] Denique cùm reuerteretur rex Sennacherib, fugiens à Iudæa plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blasphemiã suam, & iratus multos occideret ex filiis Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum.

[17] At vbi nuntiatum est regi, iussit eum occidi, & tollit omnem substantiam eius.

[18] Tobias verò cum filio suo, & cum vxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum.

[19] Post dies verò quadraginta quinque occiderunt regem filij ipsius.

[20] Et reuersus est Tobias in domum suam, omnísq; facultas ei restituta est ei.

CAP. II.

[1] Post hæc verò cùm esset dies festus Domini, & Adulcium esset prandium bonum in domo Tobiæ, dixit filio suo, Vade, & adduc aliquos de tribu nostra, timentes Deum, vt epulentur nobiscum.

[2] Cùmque abiisset, reuersus nuntiauit ei vnum ex filiis Israel iugulatum iacere in platea.

[3] Statimq; exiliens de accubitu suo, relinquens prãdium, ictusque peruenit ad corpus: tollénsque illud portauit ad domum suam occultẽ, vt dum sol occubuisset, cautè sepeliret eum.

[4] Cùmque occultasset corpus, mãducauit panem cum luctu & tremore,

[5] Memorans illum sermonem quem dixit Dominus per Amos Prophetam,

[6] Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum.

[7] Cùm verò Sol occubuisset, abiit, & sepeliuit eum.

[21] καὶ εἶτινα ἀπέκτεινε σενναχηρεὶβ ὁ βασιλεὺς ὅτε ἦλθε φεύγων ἐκ τῆς ἰουδαίας, ἔθαψα αὐτὸν κλέπτων· πολλοὺς γὰρ ἀπώλεσεν ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ· καὶ ἐζητήθη ὑπὸ τοῦ βασιλέως τὰ σώματα, [22] καὶ οὐχ εὑρέθη. [1] πορευθεὶς δὲ εἷς τῶν νινευϊτῶν, ὑπέδειξε τῷ βασιλεῖ περὶ ἐμοῦ ὅτι ἐθαπτον αὐτούς· καὶ ἐκρύβην. [2] ἔπιπτε δέ μοι ὅτι ζητοῦμαι ἀποθανεῖν, φοβηθεὶς διεγώρησα. [3] καὶ διηρπάγη πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου, καὶ ὁ κατελείφθη μοι ἐδόθη, πλὴν ἥνας τῆς γυναικός μου καὶ τωβίου τοῦ υἱοῦ μου. [4] καὶ ἐδιήλθομεν ἡμέρας πεντηκονταπέντε, ἕως ἀπέκτειναν αὐτὸν οἱ δύο υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ ἔφυγον εἰς τὰ ὄρη ἀραράτ· καὶ ἐβασίλευσεν ἀχιάρβανδος υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ· καὶ ἔταξεν ἀχιάχαρον ἀνάλη τὸν υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ μου ἐπὶ πάσαν τὴν ὀικονομίαν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν διοίκησιν. [5] καὶ ἐξώσεν ἀχιάχαρον περὶ ἐμοῦ, καὶ ἦλθον εἰς νινευί· ἀχιάχαρος γὰρ ἦν οἰνοχόος καὶ δοκτυλίου καὶ διοικητὴς καὶ ἐπὶ λογισμῆς· καὶ κατέστησεν αὐτὸν ὁ ἀχιαρβανδος ἐκ δευτέρας· ἦν γὰρ ἀδελφὸς μου. [6] ὅτε δὲ κατῆλθον εἰς τὸν οἶκόν μου, καὶ ἀπεδόθη μοι πᾶσα ἡ γυνή μου, καὶ τωβίας ὁ υἱός μου.

β.

[1] Ἐν τῇ πεντηκοστῇ τῇ ἑορτῇ, ἥ ἐστιν ἁγία ἑπτὰ ἑβδομάδων, ἐγενήθη ἄριστον καλόν μοι· καὶ ἀνέπεσα φαγεῖν· καὶ ἐθεασάμην ὄψα πολλά· καὶ εἶπα τῷ υἱῷ μου, βάδιζε ἄγαγε ὃν ἐὰν εὕρῃς τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἐνδεῆ, ὃς μεμνῆται τοῦ κυρίου· καὶ ἰδοὺ μενῶ σε. [2] καὶ ἐλθὼν εἶπε, πάτερ εἷς ἐκ τοῦ γένους ἡμῶν ἔσφαγαλωμένος ἐρρίπται ἐν τῇ ἀγορᾷ. [3] κἀγὼ πρὶν ἢ γεύσασθαί με, ἀναπηδήσας ἀνέλόμην αὐτὸν εἰς οἴκημα, ἕως ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος. [4] καὶ ἐπιστρέψας ἐλουσάμην καὶ ἤσθιον τὸν ἄρτον μου ἐν λύπῃ [5] ἐμνήσθην τῆς προφητείας ἀμὼς καθὼς εἶπε· στραφήσονται αἱ ἑορταὶ ὑμῶν εἰς πένθος, καὶ πᾶσαι αἱ εὐφροσύναι ὑμῶν εἰς θρῆνον· [6] καὶ ἔκλαυσα. [7] καὶ ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος, ἀπῆλθον, καὶ ὤρυξα καὶ ἔθαψα αὐτόν.

[21] Et si quempiam occidit Sennacherib rex quando venit fugiens de Iudæa, sepeliui eum furatus; multos enim perdidit in furore suo, & quæsita sunt à rege corpora, & non sunt inuenta. [22] Pergens autẽ vnus Niniuitarum, manifestauit regi de me quòd sepeliebam eos: & absconditus sum: cognoscẽs autẽ quòd quæror vt moriar, timens secessi. [1] Et direptæ sunt omnes substantiæ meæ, & non est relictum mihi quicquã, præter Annam vxorẽ meam, [2] & Tobiam filiũ meũ. [3] Et non transierũt dies quinquaginta quinque, vsq; quo occiderunt eum duo filij eius, & fugerunt in montes Ararat, & regnauit Achirdonus filius eius pro eo: & cõstituit Achiacharũ Anael filium fratris mei super omnẽ computationem patris sui, & super omnẽ gubernationem: et orauit Achiacharus pro me, & veni in Niniuen. Achiacharus autẽ erat pincerna & ab annulo, & gubernator, & computator; & cõstituit eũ Achirdonus secundo: erat autem patruelis meus. [4] Cùm aũt rediy in domũ meam, & restituta est mihi Anna vxor mea, & Tobias filius meus.

CAP. II.

[1] In quinquagesimo festo quod est sanctũ septẽ hebdomadarum, factũ est prandiũ bonum mihi; & accubui vt manducarem, & vidi cibaria multa, & dixi filio meo, Vade adduc quẽcunque inueneris de fratribus nostris indigentem, qui memor est Domini, & ecce expecto te.

[2] Et veniẽs, dixit, Pater vnus de genere nostro strangulatus proiectus est in platea. [3] Et ego antequã gustarem ego, exiliens tuli eũ in quandã domũ, quousq; occideret Sol. [4] Et reuersus lotus sum & manducaui panem meũ in tristitia. [5] Et memor fui prophetiæ Amos sicut dixit: [6] Conuertentur festiuitates vestræ in luctum, & omnes lætitiæ vestræ in lamentationem: & fleui. [7] Et cùm occidit Sol, abiij, & effodiens sepelíui eum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[8] Et propinquis deridebat, dicē-
tes, Nō adhuc timet hic interfici pro negotio isto, et fugit, &
ecce iterū sepelit mortuos. [9] Et
in eadē nocte dormiuit fœdatus
iuxta parietem aulæ, & faciēs
mea discooperta erat: [10] Et non
sciebā quòd passerculi in pariete
erāt. & oculis meis apertis,
immiserūt stercus passerculi ca-
lidum in oculos meos, & albu-
gines sunt in oculis meis,
& abij ad medicos, & nō pro-
fuerūt mihi. Achiacharus autē
nutriebat me, quousq; profectus
sum in Elymaida. [11] Et uxor
mea Anna seruiebat in mulie-
bribus. [12] Et mittebat dominis,
& retribuerūt ei & ipsi mer-
cedem, addentes etiam hædū.
[13] Cum autē uenisset ad me,
cœpit balare. & dixi ei, Vnde
hædulus, nunquid furtiuus est?
redde illū dominis, nō enim li-
citum est mādūcare furtiuum.
Ipsa autē dixit, Dono datus est
mihi supra mercedem. & non
credebam illi. & dicebam red-
dere illū dominis. & erubesce-
bam ad eam. [14] Illa autē respon-
dens mihi dixit, Vbi sunt elee-
mosynæ tuæ & iustitiæ tuæ?
ecce cognita omnia tecum.

CAP. III.

ET tristatus fleui, & orauī
cū dolore, dicens, [2] Iustus
es Dñe, & omnia opera tua, et
omnes viæ tuæ misericordia &
veritas. & iudicū verum &
iustum tu iudicas in æternum.
[3] Memor esto mei & respice
in me, ne me vlciscaris ob pec-
cata mea & ignorantias meas,
& patrū meorū qui peccaue-
runt coram te. [4] Non obedie-
runt enim præceptis tuis. &
dedisti nos in direptionem &
captiuitatem & mortem &
parabolam improperij omni-
bus, in quibus dispersi sumus.

[5] Καὶ νῦν πολλαὶ αἱ κρίσεις σου εἰσὶ
σὺ ἀληθιναὶ· ἵνα ἐμοῦ ποιήσῃ ὑπὲρ τῶν
ἁμαρτιῶν μου σὺ τῶν πατέρων μου, ὅτι
οὐκ ἐποιήσαμεν τὰς ἐντολάς σου· ἐν σοὶ
ἐπορεύθημεν ἐν ἀληθείᾳ ἐνώπιόν σου.
[6] καὶ νῦν κύ τὸ δοκοῦν ἐνώπιόν σου
ποίησον μετ' ἐμοῦ· πρόσταξον ἀναλα
βεῖν τὸ πνεῦμά μου, ὅπως ἀπολυθῶ
καὶ γένωμαι γῆ· διότι λυσιτελές μοι
ἀποθανεῖν ἢ ζῆν, ὅτι ὀνειδισμοὺς ψευ-
δεῖς ἤκουσα, καὶ λύπη ἐστὶ πολλὴ ἐν ἐ-
μοί· πρόσταξον ἀπολυθῆναί με τῆς
σκάγκης ἤδη εἰς τὸν αἰώνιον τόπον· μὴ
ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ.
[7] ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ συνέβη τῇ θυ
γατρὶ Ραγουὴλ σάρρᾳ ἐν ἐκβατά
νοις τῆς μηδίας, καὶ ταύτῃ ὀνειδίζηναι
ὑπὸ παιδισκῶν τοῦ πατρὸς αὐτῆς.
[8] ὅτι ἦν δεδομένη ἀνδράσιν ἑπτά, καὶ
ὁ ἀσμοδαῖος τὸ πονηρὸν δαιμόνιον ἀ-
πέκτεινεν αὐτούς, πρὶν ἢ γνῶσθαι αὐ-
τοὺς μετ' αὐτῆς ὡς ἐν γυναιξί.
[9] καὶ εἶπον αὐτῇ, ἡ συνὶς ὑποπνι-
γοῦσα σοῦ ἀνδρας ἐστί, ἤδη ἑπτὰ ἀν-
δρας ἔσχες, καὶ ἑνὸς αὐτῶν οὐκ ὠνο-
μάσθης.
[10] τί ἡμᾶς μαστιγοῖς περὶ αὐτῶν,
εἰ ἀπέθανον, βάδιζε μετ' αὐτῶν, μὴ
ἴδοιμέν σου υἱὸν ἢ θυγατέρα εἰς τὸν
αἰῶνα.
[11] Ταῦτα ἀκούσασα, ἐλυπήθη σφό-
δρα, ὥς τε ἀπάγξασθαι, καὶ εἶπε, μία
μόνη εἰμὶ τῷ πατρί μου· ἐὰν ποιήσω
τοῦτο, ὀνειδος ἀπ' ἐμοῦ ἔσται, καὶ τὸ γῆρας αὐ-
τοῦ κατάξω μετ' ὀδύνης εἰς ᾅδου.
[12] καὶ ἐδεήθη πρὸς τὴν θυρίδα· καὶ
εἶπεν·
[13] εὐλογητὸς εἶ κύριε ὁ θεός μου, καὶ
εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης σου τὸ
ἅγιον καὶ τίμιον εἰς τοὺς αἰῶνας· εὐ-
λογησάτωσάν σε πάντα τὰ ἔργα σου
εἰς τὸν αἰῶνα.
[14] καὶ νῦν κύριε σοὶ ὀφθαλμούς μου
καὶ τὸ πρόσωπόν μου εἰς σὲ δέδωκα.
[15] εἶπον ἀπολῦσαί με ἀπὸ τῆς γῆς,
καὶ μὴ ἀκοῦσαί με μηκέτι ὀνειδι-
μόν.
[16] σὺ γινώσκεις κύριε ὅτι καθαρά
εἰμι ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας ἀνδρός.

Translat. B. Hierony. TOBIAS. ΤΩΒΙΤ. Interpr. Græc. 71

[5] Et nunc, Domine, ma-
gna iudicia tua, quia non
egimus secundum præcepta
tua, & non ambulauimus
veraciter coram te. [6] Et
nunc Dñe secundum volū-
tatem tuam fac mecum, &
præcipe in pace recipi spiri-
tum meum. Expedit enim
mihi mori magis quàm vi-
uere. [7] Eadem igitur die
accidit vt Sara filia Rague-
el in Rages ciuitate Medo-
rum, & ipsa audiret impro-
perium ab vna ex ancillis
patris sui; [8] Quoniam tra-
dita fuerat septem viris, &
dæmonium nomine Asmo-
deus occiderat eos, mox vt
ingressi fuissent ad eam.
Ergo cum pro culpa sua
increparet puellam, respon
dit ei, dicēs, [9] Amplius ex te
nō videamus filiū, aut filiā
super terrā, interfectrix vi-
rorum tuorū. [10] Nunquid &
occidere me vis, sicut etiā
occidisti septem viros?
[11] Ad hanc vocem perre-
git in superius cubiculum
domus suæ: & tribus die-
bus & tribus noctibus non
manducauit, neque bibit;
sed in oratione persistens
cum lachrymis deprecaba-
tur Deum, vt ab isto im-
properio liberaret eam.
[12] Factum est autem die 13
tertia, dum compleret ora- C
tionem, benedicens Dñm,
dixit, [13] Benedictum est 14
nomen tuum Deus patrum
nostrorum; qui cùm iratus
fueris, misericordiā facies,
& in tempore tribulationis
peccata dimittis his qui in-
vocant te. [14] Ad te Dñe fa- 15
ciem meam conuerto, ad te
oculos meos erigo. [15] Peto 16
Dñe, vt de vinculo impro-
perij hui⁹ absoluas me, aut
certe desuper terrā cripias
me. [16] Tu scis Dñe quia nun 17
quā cōcupiui virū, & mun-
dam seruaui animā meam
ab omni concupiscentia.

TOBIAS.

[8] Arguebant autem eum
omnes proximi eius, dicen-
tes, Iam huius rei causa in-
terfici iussus es, & vix effu-
gisti mortis imperiū, & ite-
rum sepelis mortuos. [9] Sed
Tobias plus timēs Deum q̄
regē, rapiebat corpora occi-
sorū, & occultabat in domo
sua, & mediis noctibus sepe
liebat ea. [10] Contigit autē vt
quadam die fatigatus à se-
pultura, veniens domum
iactasset se iuxta parietē, &
obdormisset: [11] Et ex nido hi
rūdinū dormiēti illi calida C
stercora inciderent super o-
culos eius, fierētque cæcus.
[12] Hanc autē tentationem
ideo permisit Dñs euenire
illi, vt posteris daretur exē-
plū patientiæ eius, sicut &
sancti Iob. [13] Nā cū ab infan-
tia sua semp Deū timuerit,
& mādata eius custodierit,
nō est cōtristat⁹ cōtra Deū,
q̄ plaga cæcitatis euenerit
ei: sed immobilis in Dei ti-
more pmansit, agēs gratias
Deo omnib⁹ diēb⁹ vitæ suæ
[14] Nam sicut beato Iob in-
sultabāt reges: ita isti parē-
tes & cognati eius irridebāt
vitā eius, dicētes, [15] Vbi est
spes tua, pro qua eleemosy-
nas & sepulturas faciebas?
[16] Tobias verò increpabat
eos, dicēs, Nolite ita loqui,
quoniā filij sanctorū sum⁹,
& vitam illam expectamus,
[17] Quam Deus daturus est
his qui fidē suā nūquā mu-
tāt ab eo. Anna verò vxor D
eius ibat ad opus textrinū
quotidie: & de labore ma-
nuū suarū victū, quē cōseq
potuisset, deferebat. [18] Vn
factū est, vt hœdū caprarū
accipiens detulisset domi.
[19] Cuius cùm vocē balantis
audisset, dixit, Videte ne fortè furtiuus sit: reddite eū dominis suis, q̄ nō licet nobis aut edere
ex furto aliquid, aut cōtingere. [20] Ad hæc vxor eius irata respōdit, Manifestè vana facta est spes tua, &
eleemosynæ tuæ modò apparuerūt. Atque his & aliis huiusce modi verbis exprobrabat ei. CAP. III.

VNC Tobias ingemuit, & cœpit orare cū lachrymis, dicēs, [2] Iustus es Dñe, & oēs viæ tuæ, misericordia, & veritas, & iudiciū. [3] Et nūc Dñe memor esto mei, & ne vin-
dictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum. [4] Quoniam
non obediuimus præceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem, & in
fabulam, & in improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos.

[19] *Et non coinquinaui nomen meum neque nomen patris mei in terra captiuitatis meæ: vnigenita sum patri meo, & non est ei filius qui sit hæres ei, neque frater propinquus, neq; existens ei filius, vt seruem me ei vxorem: iam perierunt mihi septem, ad quid mihi reliquum viuere? & nisi videtur tibi interficere me, præcipe recipere in me & miserari mei, & non audire me amplius improperium.* [20] *Et audita est oratio amborum in conspectu gloriæ summi Dei.*

[21] *Et missus est Raphael vt curaret duos, Tobiæ vt decorticaret albugines, et Sarræ filiæ Raguel vt daret Tobiæ filio Tobiæ vxorem, & ligaret Asmodeum nequã dæmonium, quoniam ad Tobiam attinet hæreditare eam. In eodem tempore reuersus Tobias, introiuit in domum suam, & Sarra filia Raguelis descendit de superiori cubiculo suo.*

CAP. IIII.

[1] IN die illa, recordatus est Tobias de argento quod tradidit Gabelo in Rages Mediæ.

[2] *Et dixit intra se, Ego peto mortem; cur non voco Tobiam filium meum vt ei ostendam antequam moriar ego? & vocans eum, dixit:*

[3] *Fili si mortuus fuero, sepeli me, & ne despexeris matrem tuam, honora eam omnibus diebus vitæ tuæ, & fac quod placitum est ei; & ne tristitia afficias eam.* [4] *Memento fili, quòd multa pericula vidit propter te in vtero.*

[5] *Cùm mortua fuerit, sepeli eam apud me in vno sepulchro.*

[6] *Omnibus diebus fili Domum Dei nostri memor esto, & ne velis peccare & transgredi præcepta eius, & institiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, et ne ambules viis iniquitatis, quia facientes te veritatem prosperitates erũt in operibus tuis, & omnibus facientibus institiã.*

[7] † καὶ οὐκ ἐμίανα τὸ ὄνομά μου ἐν
ἐδὲ τὸ ὄνομα τοῦ πατρός μου ἐν τῇ γῇ
τῆς αἰχμαλωτίας μου· μονογενής
εἰμι τῷ πατρί μου, καὶ οὐκ ὑπάρχει
αὐτῷ παιδίον ὁ κληρονομήσει αὐτὸν,
ἐδὲ ἀδελφὸς ἐγγύς, ἐδὲ ὑπάρχων αὐ-
τῷ υἱός, ἵνα σωτηρίαν ἐμαυτὸν αὐ-
τῷ γυναῖκα· ἤδη ἀπώλοντό μοι ἑπτά-
ἱνατί μοι λοιπὸν ζῆν; καὶ εἰ μὴ δοκεῖ
σοι ἀποκτεῖναί με, πρόσταξον προθέ-
ψαι ἐπ' ἐμὲ καὶ ἐλεῆσαί με, ἵνα μὴ ἀ-
κούσω μηκέτι ὀνειδισμόν.

[8] † καὶ εἰσηκούσθη ἡ προσευχὴ ἀμ-
φοτέρων ἐνώπιον τῆς δόξης τοῦ μεγάλου
θεοῦ. [9] ἐ ἀπέστειλε ῥαφαὴλ ἰά-
σασθαι ἀμφοτέρους, ἐ λεπίσαι τὰ λεύ-
κωμα, ἐ σάρραν τὴν τοῦ ῥαγουὴλ
δοῦναι τῷ τωβὶτ τῷ υἱῷ τωβὶτ γυναῖ-
κα, ἐ δῆσαι ασμοδαῖον τὸ πονηρὸν δαι-
μόνιον, διότι τῷ τωβὶτ προσῆκεν κλη-
ρονομῆσαι αὐτόν· εἰσῆλθε δὲ ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ
ὑπερφάσας τωβὶτ, εἰσῆλθεν εἰς τὸν
οἶκον αὐτοῦ· καὶ σάρρα ὁ τοῦ ῥαγουὴλ
κατέβη ἀπὸ τοῦ ὑπερῴου αὐτῆς.

δ'.

[1] † Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐμνήσθη τω-
βὶτ περὶ τοῦ ἀργυρίου ὃ παρέβετο γα-
βαήλῳ ἐν ῥαγοις τῆς μηδίας. [2] καὶ
εἶπεν ἐν ἑαυτῷ, ἐγὼ ἠτησάμην θάνα-
τόν τι ἐ καλῶ τωβίαν τὸν υἱόν μου ἵνα
αὐτῷ δείξω πρὶν ἀποθανεῖν με, ἐ κα-
λέσας αὐτὸν εἶπε· [3] † παιδίον ἐὰν δο-
θάνω, θάψον με, ἐ μὴ ὑπερίδῃς τὴν
‡ Et dum ab intro minor est expectatio, maiorem putat potentiam eius causa, de quo tormentum præstat.

‡ Illi autem qui in potentē venēre noctem, & ab infimis, & ab altiſsimis ſuperuenientem eundem ſomnum dormientes;

‡ Aliquando monſtrorum exagitabantur timore, aliquādo animæ deficiebant traditione. ſubitaneus enim illis & inſperatus timor ſuperuenerat.

‡ Deinde ſi quiſquam exillis decidiſſet, cuſtodiebatur in carcere ſine ferro recluſus.

‡ Si enim ruſticus quis erat, aut paſtor, aut agri laborum operarius præoccupatus eſſet, ineffugibilem ſuſtinebat ne-
D ceſsitatem.

‡ Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati.

‡ Siue ſpiritus ſibilans, inter ſpiſſos arborum ramos auium ſonus ſuauis, aut rei aquæ decurrentis nimium, aut ſonus validus præcipitarum petrarum, aut ludentium animalium curſus inuiſus, aut mugientium valida beſtiarum vox, aut reſonans de altiſsimis montibus echo, debiles eos faciebat illos præ timore.

‡ Omnis enim orbis terrarum lympido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur.

‡ Solis autem illis ſuperpoſita erat grauis imago tenebrarum, quæ ſuperuenturæ illis erat. ipſi ergo ſibi erant graviores tenebræ.

CAP. XVIII.

A SAnctis autem tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem inimici audiebant, ſed figuram non videbant.

‡ Et quia non & ipſi eadem paſsi erant, magnificabant te; & qui antè læſi erant, quia nō lædebantur, gratias agebant tibi, & vt eſſet differentia, te Deum petebant.

‡ Propter quod ignis ardē- Exod. 13. f
tem columnā ducem habuerunt ignotę viæ, & Solem ſine læſura boni hoſpitij præſtitiſti.

‡ Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui incluſos cuſtodiebant filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen ſeculo dari.

‡ Cùm cogitarent iuſtorū Exod. 1. d. 22. f
occidere infantes, & vno expoſito filio, ſed liberato in traductionem illorum multitudinem filiorum abſtuliſti, & pariter illos perdidiſti in aqua B valida.

‡ Illa enim nox antè cognita eſt à patribus noſtris, vt verè ſcientes quibus iuramēti is crediderūt, animæquiores eſſent.

‡ Suſcepta eſt autem à populo tuo ſanitas quidem iuſtorum, iniuſtorum autem exterminatio.

‡ Sicut enim læſiſti aduerſarios noſtros, ſic & nos prouocans magnificaſti.

‡ Abſconsè enim ſacrificabant iuſti pueri bonorum, & iuſtitiæ legem in concordiam diſpoſuerunt, ſimiliter bona & mala percepturos iuſtos, patri omnium decantantes laudes.

‡ Reſonabat autem incon- Num. 21. d
ueniens inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.

‡ Simili autem pœna ſeruus cum domino afflictus eſt, & popularis homo Regi ſimilia paſſus. ‡ Similiter ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebāt innumerabiles. nec enim ad ſepeliendum vivi erant ſufficiebant: quoniam vno momento quæ erat præclarior natio illorū, exterminata eſt.

‡ ὅτι μὲν ἃ κἀκεῖνοι ὑπεπόθεσαν, ἐμακαρίζον, ὅτι δὲ ἃ βλάπτουσι προσηνημένοι, ἠυχαρίστουν, καὶ τοῦ διεχθῆναι χάριν εἴδεν@.

‡ διὸ ὧν πυρὶ φλεγῆ σύλον, ὁδηγὸν μὲν ἀγνώστου ὁδοιπορίας, ἥλιον δὲ ἀβλαβῆ φιλοτίμυ ξενιτείας παρέχες.

‡ ἄξιοι μὲν γὰ ἐκεῖνοι στερηθῆναι φωτὸς καὶ φυλακισθῆναι ἐν σκότει, Θ κατακλείσους φυλάξαντες σὺ υἱὰς σ, δι' ὧν ἤμελλε τὸ ἄφθαρτον νόμ@ φῶς τοῖς αἰῶσι δι᾽οδεῖν.

‡ βουλθυσαμένες δ' αὐτὲς τὰ τῶν ὁσίων ἀποκτεῖναι νήπια, καὶ ἑνὸς ἐκτεθέντ@ τέκνυ ζ σωθέντ@, εἰς ἔλεγχον τὸ ἀπὸν ἀφείλε πλῆθος τέκνων, ζ ὁμοθυμαδὸν ἀπώλεσας ἐν ὕδατι σφοδρῷ·

‡ ἐκείνη ἡ νὺξ προεγνώσθη πατράσιν ἡμῶν, ἵνα ἀσφαλῶς εἰδότες οἷς πίστευσαν ὅρκοις, ἐπθυμήσωσι.

‡ προσεδέχθη δὲ ὑπὸ λαοῦ σ σωτηρία μὲν δικαίων, ἐχθρῶν δὲ ἀπώλεια.

‡ ᾧ γὰ ἐτιμωρήσω σὺ ὑπεναντίους, τούτῳ ἡμᾶς προσκαλεσάμεν@ ἐδόξασας.

‡ κρυφῇ γὰ ἐθυσίαζον ὅσοι παῖδες ἀγαθῶν, καὶ τὴν τ θειότητος νόμον ἐν ὁμονοίᾳ διέθεν@, τοῖς αὐτοῖς ὁμοίως καὶ ἀγαθῶν καὶ κινδύνων μεταλήψεσθαι σὺν ἁγίοις, πατέρων ἤδη προαναμέλποντες αἴνους.

‡ αὐτήχει γὰ ἀσύμφωνος ἐχθρῶν βοή, ζ οἰκτρὸς διεφέρετ@ φωνὴ θρηνουμένων παίδων.

‡ ὁμοία δὲ δίκη δοῦλος ἅμα δεσπότῃ κολαζθείς, ζ δημότης βασιλεῖ τὰ αὐτὰ πάσχων.

‡ ὁμοθυμαδὸν δὲ πάντες ἐν ἑνὶ ὀνόματι θανάτου νεκρὰς εἶχον ἀναριθμήτους· οὐδὲ γὰ ἦσαν ἱκανοὶ ἐπὶ ζῶντες ἦσαν ἱκανοί. ἐπεὶ προῆς μίαν ῥοπὴν ἡ ἐλλιπεστέρα γένεσις αὐτῶν διεφθάρη.

1 ‡ Quoniam quidem non & ipſi paſſi erant, beatam prædicabāt, quoniam autem non nocent ante iniuria affecti, gratias agebant, & differendi gratia orabant.

3 ‡ Propter quæ ignis ardētis columnam, ducem quidem ignoti itineris, Solem autem non lædentem honorifici hoſpitij præſtitiſti.

4 ‡ Digni quidem enim illi pſiuari luce & cuſtodiri in tenebris, qui incluſos cuſtodiebant filios tuos, per quos debebat incorruptum legis lumen ſeculo dari.

5 ‡ Cogitantes autem ipſos iuſtorum occidere infantes, & vno expoſito filio & liberato, in correptionem illorum abſtuliſti multitudinem filiorum, & pariter perdidiſti in aqua vehementi.

6 ‡ Illa nox præcognita eſt patribus noſtris, vt ſecurè ſcientes quibus crediderunt iuramentis, lætarentur.

7 ‡ Suſcepta eſt autem à populo tuo ſalus quidem iuſtorum, inimicorum autem perditio. ‡ Quomodo enim cruciaſti aduerſarios, hoc nos prouocans magnificaſti.

9 ‡ Abſconsè enim ſacrificabāt ſanēti pueri bonorum, & diuinitatis legem in concordia diſpoſuerunt, ipſorum ſimiliter & bonorum & periculorum participaturos iuſtos, patrum iam præcinentes
10 laudes. ‡ Reſonabat autē inconſonans inimicorū clamor, & miſerabilis ferebatur vox ploratorum infantium.

11 ‡ Simili autem pœna ſeruus ſimul cum domino punitus, & popularis cum rege
12 eadem patiens. ‡ Pariter autem omnes in vno nomine mortis mortuos habebāt innumerabiles; neque enim ad ſepeliendum viui erant ſufficientes: quoniam ad vnum momentum honorabilior generatio illorum corrupta eſt.

[13] ᵻ Omnia enim non credentes propter veneficia in primogenitorum interitu, confessi sunt Dei filium populum esse.

[14] ᵻ Tacito enim silentio continente omnia & nocte in propria velocitate dimidiata.

[15] ᵻ Omnipotens tuus sermo à cælis de thronis regalibus durus bellator in medium pernicioſæ proſiluit terræ.

[16] ᵻ Gladium acutum non simulatum imperiũ tuũm ferens, & ſtans repleuit omnia morte, & cælum quidem attingebat, deſcenderat autem in terram.

[17] ᵻ Tunc continuò viſiones quidem ſomniorum grauium turbauerunt illos, timores autem inſtiterunt inſperati.

[18] ᵻ Et alius aliò proiectus ſemimortuus, propter quam moriebatur, cauſam oſtendebat.

[19] ᵻ Nam ſomnia quæ turbauerunt eos, hoc præſignabant, ne ignorantes cur male patiuntur, perirent.

[20] ᵻ Tetigit autem tandem & iuſtos tentatio mortis, & fractio in eremo facta eſt multitudinis, ſed nõ diu permanſit ira.

[21] ᵻ Properans enim vir ſine querela propugnauit, proprij miniſterij arma, orationem & incenſi placationem ferens, reſtitit iræ, & finem impoſuit calamitati, oſtendens quoniam tuus eſt famulus.

[22] ᵻ Vicit autem deuaſtantem non robore corporis, non armorum operatione, ſed verbo torquentem ſubiecit, iuramenta patrum & teſtamenta commemorans.

[23] ᵻ Aceruatim enim iam iacentibus ſuper alterutrum mortuis, interſtans amputauit iram, & diuiſit quæ ad viuos, viam.

[13] ᵻ πάντα γὰρ ἀπιστοῦντες διὰ τὰς φαρμακείας ἐπὶ τὸν πρωτόγονων ὀλέθρῳ, ὡμολόγησαν θεοῦ υἱὸν λαὸν εἶναι.

[14] ᵻ ἡσύχῃ γὰρ σιγῆς περιεχούσης τὰ πάντα καὶ νυκτὸς ἐν ἰδίῳ τάχει μεσαζούσης·

[15] ᵻ ὁ παντοδύναμός σου λόγος ἀπ' οὐρανῶν ἐκ θρόνων βασιλείων ἀπότομος πολεμιστὴς εἰς μέσον τῆς ὀλεθρίας ἤλατο γῆς.

[16] ᵻ ξίφος ὀξὺ τὸ ἀνυπόκριτόν σου ἐπιταγὴν φέρων· ἕστας ἐπλήρωσε τὰ πάντα θανάτου, καὶ οὐρανοῦ μὲν ἥπτετο, βεβήκει δὲ ἐπὶ γῆς.

[17] ᵻ τότε παραχρῆμα φαντασίαι μὲν ὀνείρων δεινῶν ἐξεταράξαν αὐτούς, φόβοι δὲ ἐπέπεσον ἀδόκητοι.

[18] ᵻ καὶ ἄλλος ἀλλαχῇ ῥιφεὶς ἠμίθνητος, δι' ὃ ἔθνησκεν αἰτίαν ἐνεφάνιζεν.

[19] ᵻ ἃ γὰρ ὄνειροι θορυβήσαντες αὐτοὺς τοῦτο προεμήνυσαν, ἵνα μὴ ἀγνοοῦντες διὰ κακὰς πάσχουσιν, ἀπόλωνται.

[20] ᵻ ἥψατο δέ ποτε καὶ δικαίων πεῖρα θανάτου, καὶ θραῦσις ἐν ἐρήμῳ ἐγένετο πλήθους· ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολὺ ἔμεινεν ἡ ὀργή.

[21] ᵻ σπεύσας γὰρ ἀνὴρ ἄμεμπτος προεμάχησε, τὴν τῆς ἰδίας λειτουργίας ὅπλον, προσευχὴν καὶ θυμιάματος ἱλασμὸν κομίσας, ἀντέστη τῇ ὀργῇ, καὶ πέρας ἐπέθηκε τῇ συμφορᾷ, δεικνὺς ὅτι σός ἐστι θεράπων.

[22] ᵻ ἐνίκησε δὲ τὸν ὀλοθρεύοντα οὐκ ἰσχύι τοῦ σώματος, οὐκ ὅπλων ἐνεργείᾳ, ἀλλὰ λόγῳ τὸν κολάζοντα ὑπέταξεν, ὅρκους πατέρων καὶ διαθήκας ὑπομνήσας.

[23] ᵻ σωρηδὸν γὰρ ἤδη πεπλοκότων ἐπ' ἀλλήλων νεκρῶν, μεταξὺ στὰς διέκοψε τὸν ὀργήν, καὶ διέστειλε τῇ ὁδὸς ἧς ζῶντας ὁδόν.

[13] ᵻ De omnibus enim non credentes propter beneficia, tunc cùm primùm fuit exterminium primogenitorũm, ſponderunt populum Dei ſe eſſe. [14] ᵻ Cùm enim quietum ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet;

[15] ᵻ Omnipotens ſermo tuus Domine, exiliens de cælo à regalibus ſedibus, durus debellator in mediã exterminij terram proſiliuit.

[16] ᵻ Gladius acutus inſimulatum imperium tuum portans, & ſtans repleuit omnia morte, & vſque ad cælum attingebat ſtans in terra.

[17] ᵻ Tunc continuò viſus ſomniorum turbauerunt, niorum malorum turbauerunt illos, & timores ſuperuenerũt inſperati.

[18] ᵻ Et alius alibi proiectus, ſemiuiuus, propter quam moriebatur, cauſam demonſtriebat mortis.

[19] ᵻ Viſiones enim quæ illos turbauerunt, hæc præmonebant, ne inſcij, quare male patiebantur, perirent.

[20] ᵻ Tetigit autem tunc & iuſtos tentatio mortis, & cõmotio in eremo facta eſt multitudinis, ſed non diu permanſit ira tua.

[21] ᵻ Properans enim homo ſine querela deprecari pro populis, proferens ſeruitutis ſuæ cenſum orationem, & per incẽſum deprecationem allegans, reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati, oſtendens quoniam tuus eſt famulus.

[22] ᵻ Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec armatura potentiæ, ſed verbo illi qui ſe vexabat, ſubiecit, iuramenta parentum, & teſtamentum commemorans.

[23] ᵻ Cùm enim iam acernatim cecidiſſent ſuper alterutrũ mortui, interſtitit & amputauit impetum, & diuiſit illam, quæ ad viuos ducebat viam.

[24] ᵻ In veſte enim poderis, quã habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius ſcripta erat.

[25] ᵻ His autem ceſſit qui exterminabat, & hæc extimuit. erat enim ſola tentatio iræ ſufficiens.

CAP. XIX.

[1] IMpijs autem vſque in nouiſſimum ſine miſericordia Ira ſuperuenit.

[2] ᵻ Præſciebat enim & futura illorum; quoniam cùm ipſi permiſiſſent, vt ſe educerent, & cum magna ſolicitudine præmiſiſſent illos, conſequebantur illos pœnitẽtiæ actus.

[3] ᵻ Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorãtes ad monumenta mortuorum, aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſcientiæ; & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos perſequebantur.

[4] ᵻ Ducebat enim illos ad hunc finem digna neceſſitas, & horum quæ acciderant cõmemorationem amittebãt, vt quæ deerant, tormentis repleret punitio:

[5] ᵻ Et populus quidem tuus mirabiliter tranſiret, illi autẽ nouam mortem inuenirent.

[6] ᵻ Omnis enim creatura ad ſuum genus ab initio refigurabatur, deſeruiens tuis præceptis, vt pueri tui cuſtodirẽtur illeſi.

[7] ᵻ Nam nubes caſtra eorum obumbrabat, & ex aqua quę antè erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio.

[8] ᵻ Per quem omnis natio tranſiuit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monſtra.

[24] ᵻ ἐπὶ γὰρ ποδήρους ὀθόνης ἦν ὅλος ὁ κόσμος, καὶ πατέρων δόξαι ἐπὶ τεσσάρων λίθων γλυφῆς, καὶ μεγαλωσύνη σου ἐπὶ διαδήματος κεφαλῆς αὐτοῦ.

[25] ᵻ τούτοις εἶξεν ὁ ὀλοθρεύων, ταῦτα δεδοικὼς· ἰοῦ γὰρ μονὴ ἡ πεῖρα τῆς ὀργῆς ἱκανή.

19.

[1] ᵻ τοῖς δὲ ἀσεβέσι μέχρι τέλους ἀνελέητον ἦλθε θυμός· ἔπεσεν.

[2] ᵻ προῆδε γὰρ ἀπ' ἀρχῆς καὶ τὰ μέλλοντα· ὅτι αὐτοὶ ἐπιτρέψαντες τοῦ ἀπιέναι, καὶ μὴ ταχέως προπέμψαντες αὐτούς, διώξαντο μεταμεληθέντες.

[3] ᵻ ἔτι γὰρ ἐν χερσὶν ἔχοντες τὰ πρέποντα, καὶ προκοπτόμενοι τάφοις νεκρῶν, ἕτερον ἐπεισάσαντο λογισμὸν ἀφρόνως, καὶ οὓς ἱκετεύοντες ἐξέβαλον, τούτους ὡς φυγάδας ἐδίωκον.

[4] ᵻ εἶλκε γὰρ αὐτοὺς ἡ ἀξία ἐπὶ τοῦτο τὸ πέρας ἀνάγκη, καὶ τῶν συμβεβηκότων ἀμνησίαν ἐνέβαλον, ἵνα τὸν λείπουσαν τοῖς βασάνοις προσαναπληρώσωσι κολασιν.

[5] ᵻ καὶ ὁ μὲν λαὸς σου παράδοξον ὁδοιπορίαν περᾶσιν, ὄψεις δὲ ξένου θανάτου εὕρωσιν ἀόκνου.

[6] ᵻ ὅλη γὰρ ἡ κτίσις ἐν ἰδίῳ γένει πάλιν ἀνεπλάττετο, ὑπηρετοῦσα τοῖς ἰδίοις ἐπιταγαῖς· ἵνα οἱ παῖδες φυλαχθῶσιν ἀβλαβεῖς·

[7] ᵻ ἥ τε νεφέλη σκιάζουσα τὴν παρεμβολὴν· καὶ ἐξ οὗ πρότερον ὕδατος ἔξεφάνη γῆ διψώδης, καὶ ἐξ ἐρυθρᾶς θαλάσσης ὁδὸς ἀνεμπόδιστος, καὶ χλοηφόρος πεδίον ἐκ κλύδωνος βιαίου.

[8] ᵻ δι' ἧς πᾶν ἔθνος διῆλθον τῇ σῇ σκεπαζόμενοι χειρὶ, θεωρήσαντες θαυμασία τέρατα.

[24] ᵻ In veſte enim talari tunica veſtimenti erat totus mundus, & patrum gloriæ in quatuor ordinum lapidũ ſcultura, & magnitudo tua in diademate capitis illius.

[25] ᵻ His ceſſit deſtruens, hæc autem timuit: erat enim ſola tentatio iræ ſufficiens.

CAP. XIX.

[1] AT impijs vſque in finẽ immiſericors ira inſtitit:

[2] ᵻ Præſciebat enim illorum & futura: quoniam ipſi cùm permiſiſſent abire, & cum diligentia præmiſiſſent illos, perſequuntur pœnitentiã agentes.

[3] ᵻ Adhuc enim in manibus habentes luctus, & deplorantes ad monumenta mortuorum, alteram eumſeruntcogitationem ſtultitiæ; & quos ſupplicantes proiecerunt, hos tanquam fugitiuos perſequebantur.

[4] ᵻ Ducebat enim illos digna ad hunc finem neceſſitas, & eorum quæ acciderãt oblionem iniecit, vt deficientem tormentis replerent punitionem:

[5] ᵻ Et quidem populus tuus mirabile iter tranſiret, illi autem nouam inuenirent mortem.

[6] ᵻ Omnis enim creatura in proprio genere rurſus ab initio refigurabatur, deſeruiens proprijs præceptis: vt tui pueri cuſtodirentur illeſi;

[7] ᵻ Caſtra inumbrans nubes, ex autem antè exiſtente aqua, ſicca ortus terra viſus eſt, & ex rubro mari via ſine impedimento, & viridem herbã ferens campus de tempeſtate violenta.

[8] ᵻ Per quem omnis gens tranſierunt, qui tua protegebantur manu, videntes mirabilia monſtra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

‡ *Tanquam enim equi pa-* 9
sti sunt, & tanquam agni exultauerunt laudantes te, Domine, liberantem eos.

‡ *Memores erant enim* 10
adhuc eorum quæ in peregrinatione illorum, quemádmodum pro quidem generatione animalium eduxit terra muscam, pro autem aquatilibus eructauit fluuius multitudinem ranarum.

‡ *In nouissimo autem vi-* 11
derunt & generationẽ nouã auiũ, cùm concupiscentia adducti, postulauerũt escas deliciarum.

‡ *In enim consolationem* 12
ascendit eis de mari ortygometra. & supplicia peccatoribus superuenerunt.

‡ *Non sine antè factis ar-* 13
gumentis vi fulminum. iustè enim patiebãtur propriis eorum nequitiis. & enim grauiorem inhospitalitatẽ exercuerunt. illi enim ignorantes non recipiebant præsentes. hi autẽ benefactores hospites in seruitutem redigebant.

‡ *Et non solùm, sed quæ-* 14
dam visitatio erit illorum, quoniam odiosè recipiebant alienos.

‡ *Qui autem cum festiui-* 15
tatibus receperunt eos, qui iam ipsorum participauerunt iustorum, grauibus afflixerunt laboribus.

‡ *Percussi sunt autem &* 16
cæcitate, sicut illi in iusti foribus: quoniam vastis cooperti tenebris, vnusquisque suarum portarum transitum quærebat.

‡ *Per se enim elementa* 17
aptè conuersa, sicut in psalterio soni concentus nomen permutant, semper manentia in sono, quod est æstimare ex factorum visu diligenter.

‡ *Terrea enim in aquatica* 18
transmutabantur, & natatilia transibant in terram.

9 ‡ ὡς γὰρ ἵπποι ἐνεμήθησαν, καὶ
ὡς ἀμνοὶ διεσκίρτησαν αἰνοῦντές σε
κύριε τὸν ῥυσάμενον αὐτούς.

10 ‡ ἐμέμνηντο γὰρ ἔτι τῶν ἐν τῇ πα-
ροικίᾳ αὐτῶν, πῶς ἀντὶ μὲν γενέ-
σεως ζώων ἐξήνεγκεν ἡ γῆ σκνῖπα,
ἀντὶ δὲ ἐνύδρων ἐξηρύξατο ὁ πο-
ταμὸς πλῆθος βατράχων.

11 ‡ ἐφ' ὑστέρῳ δὲ εἶδον καὶ γέσιν
νέαν ὀρνέων, ὅτε ἐπιθυμίᾳ προ-
αχθέντες ἠτήσαντο ἐδέσματα τρυ-
φῆς.

12 ‡ εἰς γὰρ παραμυθίαν ἀνέβη
αὐτοῖς ἐκ θαλάσσης ὀρτυγομήτρα· καὶ αἱ τιμωρίαι τοῖς ἁμαρτω-
λοῖς ἐπῆλθον·

13 ‡ οὐκ ἄνευ τῶν προγεγονότων
τεκμηρίων τῇ βίᾳ τῶν κεραυνῶν·
δικαίως γὰρ ἔπασχον τοῖς ἰδίοις αὐ-
τῶν πονηρίαις· καὶ γὰρ χαλεπωτέ-
ραν μισοξενίαν ἐπετήδευσαν· ⓐ
μὴ γὰρ τοὺς ἀγνοοῦντας οὐκ ἐδέ-
χοντο παρόντας· ἕτοι δὲ δυσργέ-
τας ξένοις ἐδούλουτο.

14 ‡ καὶ οὐ μόνον ἀλλ' ἤτις ἐπισκο-
πὴ ἔσται αὐτῶν, ἐπεὶ ἀπεχθῶς προσ-
εδέχοντο τοὺς ἀλλοτρίους.

15 ‡ ⓐ δὲ μετὰ ἑορτασμάτων εἰσ-
δεξάμενοι τοὺς ἤδη τῶν αὐτῶν με-
τεχηκότας δικαίων, δεινοῖς ἐκάκω-
σαν πόνοις.

16 ‡ ἐπλήγησαν δὲ καὶ ἀορασίᾳ,
ὥσπερ ἐκεῖνοι πρὸ τοῖς τοῦ δικαίου
θύραις· ὅτι ἀχανεῖ περιελημφότες
σκότει, ἕκαστος τῶν ἑαυτοῦ θυρῶν
τὴν δίοδον ἐζήτει.

17 ‡ δι' ἑαυτῶν γὰρ τὰ στοιχεῖα με-
θαρμοζόμενα, ὥσπερ ἐν ψαλ-
τηρίῳ φθόγγοι τοῦ ῥυθμοῦ τὸ ὄνο-
μα διαλλάσσει, παύτοτε μέ-
νοντα ἦχω, ὅπερ ἐστὶν εἰκάσαι
ἐκ τῆς τῶν γεγονότων ὄψεως ἀκ-
ριβῶς.

18 ‡ χερσαῖα γὰρ εἰς ἔνυδρα με-
τεβάλλετο, καὶ νηκτὰ μετέβαινεν
ἐπὶ γῆς.

9 ‡ Tanquam enim equi pa-
uerunt escam, & tanquam agni exultauerunt magnificantes te Domine, qui liberasti illos.

10 ‡ Memores enim erant adhuc eorum, quæ in incolatu illorum facta fuerant, quemadmodũ pro natione animalium eduxit terra muscas, & pro piscibus eructauit fluuius multitudinem ranarum.

11 ‡ Nouissimè autem vidêrũt nouam creaturã auium, cùm abducti concupiscentia postulauerunt escas epulationis.

12 ‡ In allocutione enim ascendit illis de mari ortygometra, & vexationes peccatoribus superuenerunt.

13 ‡ Non sine illis quæ antè facta erant argumẽtis per vim fluminũ. iustè enim patiebãtur secundum suas nequitias. Etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt. Siquidem ignotos non recipiebant aduenas, alij autem benefactores hospites in seruitutem digebant.

14 ‡ Et non solùm hæc, sed & alius quidem respectus futurus erat, quoniam inuiti recipiebant extraneos.

15 ‡ Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eisdem iam erant institutis, seuissimis afflixerunt doloribus.

16 ‡ Percussi sunt autem cæcitate, sicut illi in foribus iusti, cùm subitaneis cooperti tenebris. vnusquisq; suum ostij sui quærebat.

17 ‡ In se enim elementa conuertuntur, sicut in cythara nomen qualitatis sonus immutatur, & omnia suum sonũ constanter stodiũt. vnde æstimari ex opere visu certo potest.

18 ‡ Agrestia enim in aquatica conuertebantur, & quæcunque erãt natantia, in terram transibant.

‡ *Ignis in aqua valebat su-* 19
pra suam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur.

‡ *Flammæ econtrario cor-* 20
ruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium, nec dissoluebant illam, quæ facile dissoluebatur, sicut glacies bonã escam.

‡ *In omnibus enim magni-* 21
ficasti populum tuum Domine, & honorasti, & non despexisti in omni tempore, & in omni loco assistens eis.

19 ‡ πῦρ ἴσχυσεν ἐν ὕδατι τῆς ἰδίας
δυνάμεως ὑπερενηδύνον· καὶ ὕ-
δωρ τῆς σβεστικῆς φύσεως ἐπελαν-
θάνετο.

20 ‡ φλόγες δὲ παλιν διέφθαρτων
ζώων, οὐκ ἐμάρανναν σάρκας ἐμ-
περιπατούντων, οὐδὲ τηκτὸν κρυ-
σταλλοειδὲς βρῶτιν ῥᾳδίως ἀμβρο-
σίας τροφῆς.

21 ‡ κατὰ πάντα γὰρ κύριε ἐμεγάλυ-
νας τὸν λαόν σου καὶ ἐδόξασας, καὶ
οὐκ ὑπερεῖδες ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τό-
πῳ παρισάμενος.

19 ‡ *Ignis valebat in aqua* 19
propriæ virtutis oblitus, & aqua extinctiuæ naturæ obli- 20
uiscebatur. ‡ *Flãmæ econtrario facilè corruptibilium animaliũ, non marcescere fecerunt carnes inambulantium, neque liquefactiuum glacialis generis liquefactibile genus ambrosianæ escæ.*

21 ‡ *In omnibus enim Domine magnificasti populũ tuum & honorasti, & non despexisti in omni tempore & loco assistens.*

ΤΕΛΟΣ ΤΗΣ ΣΟΦΙΑΣ.

FINIS LIBRI SAPIENTIÆ.

EX REGIS CATHOLICI MANDATO
Benedictus Arias Montanus D. Th. recensuit & probauit.

B. Arias Montanus scalij

Universidad de Deusto
Biblioteca

SAPIENTIA IESV FILII SYRACH.

IEsvs hic Sirach quidem fuit filius, nepos autem Iesu eiusdem nominis sibi: hic igitur in temporibus inferioribus fuit post captiuitatem & reuocationem, & post prophetas ferè omnes. ergo auus eius Iesus, sicut & ipse testatur, laborisque amator fuit vir inter Hebræos & prudentissimus, qui non solum aliorum qui ante eum prudentum virorum sapienter dicta collegit, sed & ipse propria quædam dictauit, multæ intellectionis & sapientiæ plena. postquam igitur librum hunc primus Iesus ferè collectum reliquens ex hominibus abijt, Sirach hic post illum rursus accipiens domestico filio reliquit Iesu: qui quidem eum amplectens, in vnam omnem concinnam constructionem collegit, sapientiam in qua suo & patris, atque & aui nomine vocans, ex ipso sapientiæ nomine amanter magis vt haberet auditorem ad ipsius libri meditationem attrahens. Sermones igitur prudentiæ ænigmata quæ & parabolas continet & particulares quasdam antiquas diuinas historias, deque viris qui bene placuerunt Deo, & orationem & hymnum eius: adhuc autem quibus Deus beneficijs dignatus est populum suũ, & quibus repleuit malis inimicos eorum, sectator Salomonis hic Iesus fuit, nihilo minus illo circa sapientiam & disciplinam approbatus, multæ disciplinæ verè & existens & vocatus.

ΣΟΦΙΑ ΙΗΣΟΥ υἱοῦ Σιρὰχ.

ΙΗΣΟΥΣ οὗτος σιρὰχ μὲν ὠνόμαστο πάππος, ἔσχε δὲ ἐπώνυμον αὐτῷ· οὗτος οὖν ἐν χρόνοις κατωτέροις μὲν τοῖς αἰχμαλωσίαν καὶ σάλον, καὶ μὴ δεῖν ἀφθόνως ἀπαντᾶν, καθὰ καὶ αὐτὸς μαρτυρεῖ, φιλόπονός τε γέγονεν ἀνὴρ ἐν ἑβραίοις καὶ φρονιμώτατος, ὃς ἀ μόνον τὰ ἑτέρων τῶν πρὸ αὐτοῦ σωτήρων λόγια, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἰδιά τινα ἀπεθέξατο πολλῆς σωτέρεως καὶ σοφίας γέμοντα· ἐπεὶ οὖν τοῖς βέλτιον ταῦτα ὑπῆρχε· σιρὰχ οὗτος μετ' αὐτὸν πάλιν λαβὼν τὸ οἰκεῖον παιδὶ κατέλιπεν Ἰησοῦ· ὃς δὴ ταῦτα λαβόμενος, εἰς οὐ ἅπασαν ἁρμόνιον συνταγμα συνήγαγε, σοφίαν ἐπί τε αὐτοῦ καὶ τοῦ πατρός, ἀλλαμοὺ καὶ τοῦ πάππου ὀνόματι κεκλημένος, ἐξ αὐτοῦ τοῦ τῆς σοφίας ὀνόματος ἀγαπητῶς μᾶλλον ἔχειν τὸν ἀκροατὴν ποιῶν πρὸς τὴν αὐτῆς τῆς βίβλου μελέτην ἐπιτηδεύομεν· λόγους οὖν φρονήσεως αἰνίγματά τε καὶ παροιμίας περιέχει καὶ μερικάς τινας παλαιὰς θεοφιλεῖς ἱστορίας, περί τε ἀνδρῶν διαρρήδην τῶν τῷ θεῷ, καὶ εὐκλεῶς καὶ ὕμνον αὐτοῦ· ἔτι δὲ ὧν ὁ θεὸς ἀνεργεσιῶν ἠξίωσε τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ὧν ἔπληστο κακῶν οὗτος ἐχθρὸς αὐτῶν, ὁπαδὸς τοῦ ὁλομύρτου ἐστὶ ὁ Ἰησοῦς γέγονεν, ὡς οὐ ἧττον ἐκείνου περὶ τὴν σοφίαν καὶ παιδείαν δόκιμήσας, πολυμαθὴς ἀληθῶς καὶ ὢν καὶ καλούμενος.

PROLOGVS LIBRI IESV FILII SIRACH, *Qui Ecclesiasticus appellatur.*

MVltorũ nobis & magnorũ per legem & Prophetas, aliosque qui secuti sunt illos, sapientia demonstrata est, in quibus oportet laudare Israel, doctrinæ & sapientię causa: quia non solùm ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse & dulcedine & scribẽtes doctissimos fieri. Avus meus Iesus, postquã se ampliùs dedit ad diligentiam lectionis legis & prophetarũ, & aliorum librorũ, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt, voluit & ipse scribere aliquid horũ, quæ ad doctrinam & sapientiam pertinent, vt desiderantes discere, & illorũ periti fieri, magis magisque attendant animo, & cõfirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum benouolentia, & attẽtiori studio lectionem facere, & veniam habere illis, in quibus videmur sequentes imaginem sapientiæ, & mutare in verborum compositione. Nam deficiens verba Hebraica, quando fuerint translata ad alteram linguam. Non autem solũ hæc, sed & ipsa Lex & Prophetæ, cæteraq; aliorũ librorum non paruam habent differentiam quãdo inter se dicũtur. Nam octauo & trieslimo anno regnante Euergetis rege, & postquã peruenimus in Ægyptũ, & cũ multũ tẽporis ibi fuissem, inueni ibi libros relictos nõ paruæ neq; cõtemnẽdę doctrinæ. Itaque bonũ & necessariũ putaui, & ipse aliquã addere diligentiã & laborẽ interpretandi librũ illum: & multa vigilia attuli doctrinam in spacio tẽporis ad illa, quæ ad finẽ ducunt, librũ istum dare, & illis qui volũt animũ intendere, & discere quemadmodũ oportet eos proficere mores q̃ secundũ legẽ Dñi ꝓposuerint vitã agere.

LIBER ECCLESIASTICVS.

CAPVT I.

OMnis sapiẽtia à Dño Deo Aest, & cũ illo fuit semper, & est ante æuum. [2] Arenã maris & pluuiæ guttas, & dies seculi, quis dinumerauit? [3] Altitudinem cęli, & latitudinem terræ, & profundũ abyssi, quis dimensus est? Sapientiam Dei præcedentẽ omnia, quis inuestigauit? [4] Prior omniũ creata est sapientia, & intellectus prudẽtiæ ab æuo. [5] Fons sapientię verbũ Dei in excelsis, & ingressus illius mãdata æterna. [6] Radix sapiẽtiæ cui reuelata est, & astutias illius quis cognouit? [7] Disciplina sapientiæ cui reuelata est & manifestata, & multiplicationẽ ingressus illius quis intellexit? [8] Vnus est altissimus creator omniũ, omnipotẽs & rex potẽs, & metuendus nimis, sedens super thronũ illius, & dominans Deus. [9] Ipse creauit illã in Spiritu sancto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est. [10] Et effudit illã super omnia opera sua, & super omnẽ carnẽ, secũdũ datũ suũ, & prębet illã diligẽtibus se. [11] Timor Dñi gloria, & gloriatio, & lętitia, & corona exultationis.

[12] Timor Dñi delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudiũ in longitudinẽ dierũ. [13] Timenti Dñm bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. [14] Dilectio Dei honorabilis sapientia: [15] quibus aũt apparuerit ĩ visu, diligũt eã in visione & in agnitiõe magnaliũ suorũ. [16] Initiũ sapiẽtiæ timor Dñi, & cũ fidelib⁹ in vulua concreatus est, & cũ electis fœminis graditur, & cũ iustis & fidelibus agnoscitur. [17] Timor Dñi scientiæ religiositas. [18] Religiositas custodiet & iustificabit cor, iocunditatẽ atq; C gaudiũ dabit. [19] TimẽtiDeũ bñ erit, & in dieb⁹ cõsolationisillius benedicetur. [20] Plenitudo sapiẽtię timere Deũ, & plenitudo à fructib⁹ illius. [21] Omnem domumillius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius.

κεφ. α'.

ΑΣπι σοφία παρὰ κυρίῳ, καὶ μετ' αὐτοῦ ἐστιν εἰς τὸν αἰῶνα. [2] ἄμμον θαλασσῶν καὶ σταγόνας ὑετοῦ καὶ ἡμέρας αἰῶνος τίς ἐξαριθμήσεται; [3] ὕψος οὐρανοῦ καὶ πλάτος γῆς, καὶ ἄβυσσον καὶ σοφίαν τίς ἐξιχνιάσει; [4] πρότερα πάντων ἔκτισται σοφία, καὶ συνέσεως φρονήσεως ἐξ αἰῶνος. [5] πηγὴ σοφίας λόγος θεοῦ ἐν ὑψίστοις, καὶ αἱ πορεῖαι αὐτῆς ἐντολαὶ αἰώνιοι. [6] ῥίζα σοφίας τίνι ἀπεκαλύφθη; καὶ τὰ πανουργήματα αὐτῆς τίς ἔγνω; [7] εἷς ἐστι φόβος θεοῦ μέγας σφόδρα καθήμενος ἐπὶ θρόνου αὐτοῦ. [8] κύριος αὐτὸς ἔκτισεν αὐτὴν, καὶ εἶδε καὶ ἐξηρίθμησεν αὐτήν. [9] καὶ ἐξέχεεν αὐτὴν ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. μετὰ πάσης σαρκὸς κατὰ τὴν δόσιν αὐτοῦ, καὶ ἐχορήγησεν αὐτὴν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. [10] φόβος κυρίου δόξα καὶ καύχημα καὶ εὐφροσύνη καὶ στέφανος ἀγαλλιάματος. [11] φόβος κυρίου τέρψει καρδίαν καὶ δώσει εὐφροσύνην καὶ χαρὰν καὶ μακροημέρευσιν. [12] τῷ φοβουμένῳ τὸν κύριον εὖ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων, καὶ ἐν ἡμέρᾳ τελευτῆς αὐτοῦ εὐλογηθήσεται. [13] ἀρχὴ σοφίας φοβεῖσθαι τὸν κύριον, καὶ μετὰ πιστῶν ἐν μήτρᾳ συνεκτίσθη αὐτοῖς. [14] μετὰ ἀνθρώπων θεμέλιον αἰῶνος ἐποίησεν, καὶ μετὰ τῶν ἐκγόνων αὐτῶν ἐμπιστευθήσεται. [15] πλησμονὴ σοφίας φοβεῖσθαι τὸν κύριον, καὶ μεθύσκει αὐτοὺς ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῆς. [16] πᾶσαν τὴν οἰκίαν αὐτῶν ἐμπλήσει ἐπιθυμημάτων αὐτῆς, καὶ τὰ ἀποθηκεῖα ἀπὸ τῶν γενημάτων αὐτῆς.

CAP. I.

1 Omnis sapientia à Domino, & cum illo est in seculum.

2 Arenam maris & guttas pluuiæ, et dies seculi quis enumerabit?

3 Altitudinem cæli & latitudinem terræ, & abyssum, & sapientiam quis inuestigabit?

4 Prior omnibus creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo.

5 Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & viæ eius mandata æterna.

6 Radix sapientiæ cui reuelata est? & astutias illius quis cognouit?

7 Vnus est sapiens terribilis valdè, sedens super thronum suum. 8 Dominus ipse creauit illã, & vidit & dinumerauit illam.

9 Et effudit illam super omnia opera sua. Cum omni carne secũdum datum suum, & præbuit illam diligentibus se.

11 Timor Domini gloria & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis.

12 Timor Domini delectabit cor & dabit lætitiam, & gaudium, & longitudinem 13 dierũ. Timenti Dominũ bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur.

14 Initium sapientiæ timere Dominum, & cum fidelibus in vulua concreatum 17 est eis. Cum hominibus fundamentum seculi nidificauit, & cum semine eorum fidem 20 habebit. Plenitudo sapientiæ timere Dominũ, & inebriat eos à fructibus illius.

21 Omnem domum eorum impleuit desiderijs eius, & receptacula de generationibus illius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

‡ *Vtraque autem sunt dona Dei ad pacem.* ‡ *Corona sapientiæ timere Dominũ, germinans pacem, & sanitatem salutis. dilatat autẽ gloriatio diligentibus eum.*

‡ *Scientiam & cognitionẽ intellectus distillauit sapientia, & gloriam possidentium eam exaltauit.* ‡ *Radix sapientiæ timere Dominum, et rami illius longitudo dierum.*

‡ *Timor Domini expellit peccata, perseuerans autem auertit iram.*

‡ *Non poterit iracundus vir iustificari; nam declinatio iræ eius casus ei.*

‡ *Vsque in tempus sustinebit patiens, & postea ei pullulabit letitia.*

‡ *Vsque in tempus abscõdet verba illius, et labia multorum enarrabunt sensum illius.*

‡ *In thesauris sapientiæ parabolæ scientiæ; abominatio autem peccatori cultus Dei.*

‡ *Concupiscens sapientiã, serua mandata, & Dominus præbebit tibi illã.* ‡ *Sapientia enim & disciplina timor Domini, & beneplacitum eius fides & mansuetudo.*

‡ *Non sis incredulus timori Domini indigẽs existẽs, & ne accesseris ad eum in corde duplici.*

‡ *Ne sis hypocrita in ore hominum, et in labijs tuis ne attendas.*

‡ *Ne extollas te, vt non cadas, et inducas animæ tuæ ignominiam.*

‡ *Et reuelabit Dominus absconsa tua omnia, & in medio synagogæ deijciet te.*

‡ *Quoniam nõ accessisti in veritate ad timorẽ Domini, & cor tuum plenum dolo.*

CAP. II.

FIli, *si accesseris ad seruiẽdum Domino, præpara animam tuam ad tentationem.*

‡ ἀμφότερα δέ ἐστι δῶρα θεοῦ εἰς εἰρήνην.

‡ στέφανος σοφίας φοβεῖσθαι τὸν κύριον, ἀναθάλλων εἰρήνην καὶ ὑγίειαν ἰάσεως· πλατυνθήσεται ἡ καύχησις τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

‡ Ἐπιστήμην καὶ γνῶσιν σωτηρίας ἐξόμβρισεν ἡ σοφία, καὶ δόξαν κραταιωτάτων αὐτὴν ἀνύψωσε.

‡ ῥίζα σοφίας φοβεῖσθαι τὸν κύριον, καὶ κλάδοι αὐτῆς μακρημέρευσις.

‡ φόβος κυρίου ἀπωθεῖται ἁμαρτήματα, παραμένων δὲ ἀποστρέφει ὀργήν.

‡ ἀδυνήσει θυμώδης αἰνῆσαι δικαιωθῆναι, ἡ γὰρ ῥοπὴ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ πλῶσις αὐτῷ.

‡ ἕως καιροῦ μακροθυμεῖ μακρόθυμος, καὶ ὕστερον αὐτῷ ἀναδώσει εὐφροσύνην. ‡ ἕως καιροῦ κρύψει τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ χείλη πολλῶν διηγήσεται σύνεσιν αὐτοῦ.

‡ ἐν θησαυροῖς σοφίας παραβολαὶ ἐπιστήμης, βδέλυγμα δὲ ἁμαρτωλῷ θεοσέβεια.

‡ Ἐπιθυμήσας σοφίαν διατήρησον ἐντολάς, καὶ κύριος χορηγήσει σοι αὐτήν. ‡ σοφία γὰρ καὶ παιδεία φόβος κυρίου, καὶ εὐδοκία αὐτοῦ πίστις καὶ πραότης.

‡ μὴ ἀπειθήσῃς φόβῳ κυρίου ἐνδεὴς ὤν, καὶ μὴ προσέλθῃς αὐτῷ ἐν καρδίᾳ διστῇ.

‡ μὴ ὑποκριθῇς ἐν φόμασιν ἀνθρώπων καὶ ἐν τοῖς χείλεσί σου μὴ προσσχῇς.

‡ μὴ ὑψώσῃς σεαυτόν, ἵνα μὴ πέσῃς καὶ ἐπαγάγῃς τῇ ψυχῇ σου ἀτιμίαν. ‡ καὶ ἀποκαλύψει κύριος τὰ κρυπτά σου πάντα, καὶ ἐν μέσῳ συναγωγῆς καταβαλεῖ σε.

‡ ὅτι οὐ προσῆλθες ἐν ἀληθείᾳ τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου, καὶ ἡ καρδία σου πλήρης δόλου.

β.

‡ Τέκνον εἰ προσέρχῃ δουλεύειν τῷ κυρίῳ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμόν.

‡ Corona sapientiæ timor Domini, replens pacem & salutis fructum, & videt & dinumerauit eam.

‡ Vtraque autem sunt dona Dei. ‡ Scientiam & intellectum prudẽtiæ sapiẽtia comparietur, & gloriam tenentiũ se exaltat. ‡ Radix sapientię est timere Deum, & rami illius longæui. ‡ In thesauris sapientiæ intellectus & scientiæ religiositas; execratio autem peccatoribus sapientia.

‡ Timor Domini expellit peccatum. ‡ Nam qui sine timore est, non poterit iustificari. iracundia enim animositatis illius, subuersio illius est. ‡ Vsque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iocunditatis.

‡ Bonus sensus vsque in tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius.

‡ In thesauris sapientiæ significatio disciplinę, execratio autem peccatori cultura Dei.

‡ Fili, concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & Deus præbebit illã tibi. ‡ Sapientia enim & disciplina timor Dñi, & quod beneplacitum est illi, fides & mansuetudo, & adimplebit thesauros illius.

‡ Contumax non iustificabitur, & incredibilis timori Dei, & ne accesseris ad illũ duplici corde.

‡ Ne fueris hypocrita in conspectu hominũ, & non scandalizeris in labiis tuis

‡ Attẽde in illis, ne forte extendas & adducas animæ tuæ inhonorationem.

‡ Et reueler Deus abscõsa tua, & in medio synagogæ elidat te.

‡ Quoniam accessisti malignè ad Dominũ, & cor tuum plenum est dolo & fallacia.

CAP. II.

A FIli, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & in timore, & præpara animã tuam ad tentationem.

‡ Deprime cor tuum, & sustine, & inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus, & ne festines in tẽpus obductionis. ‡ Sustine sustentationes Dei, coniungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. ‡ Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe:

‡ Quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. ‡ Crede Deo, & recuperabit te, & dirige viam tuam, & spera in illum. serua timorem illius, & in illo veterasce. ‡ Metuentes Dominũ sustinete misericordiam eius, & non deflectatis ab illo, ne cadatis.

‡ Qui timetis Dominum, credite illi, & non enacuabitur merces vestra. ‡ Qui timetis Dominum, sperate in illum, & in oblectationem veniet vobis misericordia.

‡ Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabũtur corda vestra. ‡ Respicite filij nationes hominum, & scitote quia nullus sperauit in Domino, & confusus est.

‡ Quis enim permansit in mãdatis eius, & derelictus est? Caut quis inuocauit eum, & despexit illũ? ‡ Quoniam pius & misericors est Deus, & remittit in die tribulationis peccata, & protector est omnibus exquirentibus se in veritate.

‡ Væ duplici corde, & labiis scelestis & manib⁹ male faciẽtibus, & peccatori terrã ingredienti duabus viis. ‡ Væ dissolutis corde, q. nõ credũt Deo, & ideo nõ protegẽtur ab eo. ‡ Væ his qui perdiderũt sustinentiã, & q. dereliquerũt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas.

‡ Et quid faciẽt cũ inspicere cœperit Dñs? ‡ Qui timẽt Dominum, nõ erunt incredibiles verbo illius; & qui diligũt illum, conseruabũt vẽrbũ illius.

ECCLESIASTIC.

‡ Δύβωσον τὴν καρδίαν σου καὶ κάρτέρησον, καὶ μὴ ἀσθύσῃς ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς.

‡ κολλήθητι αὐτῷ καὶ μὴ ἀποστῇς, ἵνα αὐξηθῇς ἐπ' ἐσχάτων σου.

‡ πᾶν ὃ ἐὰν ἐπαχθῇ σοι, δέξαι ἀσμένως, καὶ ἐν ἀλλαγμοῖς ταπείνωσίν σου μακροθύμησον.

‡ ὅτι ἐν πυρὶ δοκιμάζεται χρυσός, καὶ ἄνθρωποι δεκτοὶ ἐν καμίνῳ ταπεινώσεως.

‡ πίστευσον αὐτῷ καὶ ἀνταπλήσεταί σοι, καὶ εὔθυνον τὰς ὁδούς σου καὶ ἔλπισον ἐπ' αὐτόν.

‡ Φοβούμενοι τὸν κύριον πίστωσθήσονται αὐτῷ, καὶ ἐμὴ παίσητό μισθὸς ὑμῶν.

‡ Φοβούμενοι τὸν κύριον, ἐλπίσατε εἰς ἀγαθὰ καὶ εἰς εὐφροσύνην αἰώνιον καὶ ἔλεος.

‡ Φοβούμενοι τὸν κύριον, ἀναμείνατε τὸν ἔλεος αὐτοῦ, καὶ μὴ ἐκκλίνητε ἵνα μὴ πέσητε.

‡ ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεὰς καὶ ἴδετε· τίς ἐνεπίστευσε κυρίῳ καὶ κατησχύνθη;

‡ ἢ τίς ἐνέμεινε τῷ φόβῳ αὐτοῦ καὶ ἐγκατελείφθη; ἢ τίς ἐπεκαλέσατο αὐτόν, καὶ ὑπερεῖδεν αὐτόν;

‡ διότι οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ κύριος, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος, καὶ ἀφίησιν ἁμαρτίας καὶ σῴζει ἐν καιρῷ θλίψεως.

‡ οὐαὶ καρδίαις δειλαῖς καὶ χερσὶ παρειμέναις, καὶ ἁμαρτωλῷ πεζαίνοντι δύο τρίβους.

‡ οὐαὶ καρδίᾳ παρειμένῃ, ὅτι οὐ πιστεύει, διὰ τοῦτο οὐ σκεπασθήσεται.

‡ οὐαὶ ὑμῖν τοῖς ἀπολωλεκόσι τὴν ὑπομονήν.

‡ καὶ τί ποιήσετε ὅτε ἐπισκέπτεται κύριος;

‡ Φοβούμενοι κύριον οὐκ ἀπειθήσουσι ῥήμασιν αὐτοῦ, καὶ ‡ ἀγαπῶντες αὐτὸν σωτηρήσουσι τὰς ὁδὰς αὐτοῦ.

‡ *Dirige cor tuum & sustine, & ne festines in tempore inductionis.*

‡ *Conglutinare ei, & ne discesseris, vt augearis in extremis tuis.*

‡ *Omne quodcunque adductum fuerit tibi, accipe libenter, & in mutatione humilitatis tuæ patiẽtiam habe.*

‡ *Quoniam in igne probatur aurum, & homines receptibiles in camino humilitatis.*

‡ *Crede ei, & recuperabit te, & dirige vias tuas, & spera in illum.*

‡ *Qui timetis Dominum, credite illi, & non cadet merces vestra.*

‡ *Qui timetis Dominum, sperate in bona, & in letitiã seculi & misericordiæ.*

‡ *Qui timetis Dominum, expectate misericordiã eius, & ne declinetis, vt non cadatis.*

‡ *Inspicite in antiquas nationes, & scitote. quis fiduciam habuit Domino, confusus est?*

‡ *Aut quis permansit in timore illius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum?*

‡ *Quoniam pius & misericors Dominus, patiens & multum misericors, & remittit peccata, & liberat in tempore tribulationis.*

‡ *Væ sordibus timidis, & manibus dissolutis, & peccatori ingredienti duas semitas.*

‡ *Væ cordi dissoluto, quoniam non credit, propter hoc non protegetur.*

‡ *Væ vobis qui perdidistis patientiam.*

‡ *Et quid facietis cùm inspexerit Dominus?*

‡ *Qui timent Dominum, non erunt increduli verbis eius, & qui diligunt illum, conseruabunt vias eius.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Qui timent Dominum, inquirent complacentiam ab eo.
* Et qui diligunt eum, replebuntur lege.
* Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius humiliabunt animas suas.
* Incidemus in manus Dei & non in manus hominum.
* Sicut enim magnitudo illius, sic & misericordia illius.

CAP. III.

ME patrem audite filij, & sic facite, vt salui sitis.
* Nam Dominus honorauit patrem in filiis, & iudicium matris firmauit in filios.
* Qui honorat patrẽ, veniam impetrat peccatorum.
* Et sicut thesaurizans qui honorat matrem suam.
* Qui honorat patrem, lætabitur in filiis, et in die orationis suæ exaudietur.
* Qui honorat patrem, longam vitam viuet: & qui obedit Domino, quietem dabit matri suæ.
* Qui timet Dominum, honorabit patrem, & quasi dominis seruiet his qui genuerunt se.
* In opere & sermone honora patrem tuum & matrem, vt superueniat tibi benedictio ab hominibus.
* Benedictio enim patris firmat domos filiorum; maledictio autem matris eradicat fundamenta.
* Ne glorieris in contumelia patris tui, non enim est tibi gloria patris ignominia.
* Nam gloria hominis ex honore patris sui, & dedecus filijs mater in ignominia.
* Fili, adiuua in senectâ patrem tuum, & ne contristes eum in vita tua.

19 * Ὁ φοβούμενος κύριον ζητήσουσιν δόξαν παρ' αὐτοῦ.
20 * καὶ ὁ ἀπτόμενος αὐτὸν πλησθήσονται τοῦ νόμου.
21 * Ὁ φοβούμενος κύριον ἑτοιμάσουσι καρδίας αὐτῶν, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ ταπεινώσουσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν
22 * ἐμπεσόμεθα εἰς χεῖρας θεοῦ & οὐκ εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.
23 * ὡς γὰρ ἡ μεγαλωσύνη αὐτοῦ, οὕτως & τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

γ'.

2 * Ἐμοῦ τοῦ πατρὸς ἀκούσατε τέκνα, καὶ οὕτως ποιήσατε, ἵνα σωθῆτε.
3 * ὁ γὰρ κύριος ἐδόξασε πατέρα ἐπὶ τέκνοις, καὶ κρίσιν μητρὸς ἐστερέωσεν ἐφ' υἱούς.
4 * ὁ τιμῶν πατέρα ἐξιλάσκεται ἁμαρτίας.
5 * καὶ ὡς ἀποθησαυρίζων ὁ δοξάζων μητέρα αὐτοῦ.
6 * ὁ τιμῶν πατέρα εὐφρανθήσεται ἐπὶ τέκνοις, καὶ ἐν ἡμέρᾳ προσευχῆς αὐτοῦ εἰσακουσθήσεται.
7 * ὁ δοξάζων πατέρα μακρημερεύσει, & ὁ εἰσακούων κυρίου ἀναπαύσει μητέρα αὐτοῦ.
8 * ὁ φοβούμενος κύριον τιμήσει πατέρα, & ὡς δεσπόταις δουλεύσει τοῖς γεννήσασιν αὐτόν.
9 * Ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τιμὴ μητέρος, ἵνα ἐπέλθῃ σοι εὐλογία παρ' αὐτοῦ.
11 * εὐλογία γὰρ πατρὸς στηρίζει οἴκους τέκνων, κατάραι δὲ μητρὸς ἐκριζοῖ θεμέλια.
12 * μὴ δόξαζε ἐν ἀτιμίᾳ πατρός σου, οὐ γάρ ἐστί σοι δόξα πατρὸς ἀτιμία.
13 * ἡ γὰρ δόξα ἀνθρώπου ἐκ τιμῆς πατρὸς αὐτοῦ, & ὄνειδος & τέκνοις μήτηρ ἐν ἀδοξίᾳ.
14 * τέκνον αὐτίλαβοῦ ἐν γήρᾳ πατρός σου, καὶ μὴ λυπήσῃς αὐτὸν ἐν ζωῇ σου.

19 * Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei, & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius.
20 * Qui timẽt Dominũ, præparabũt corda sua, & in conspectu illius sanctificabũt animas suas. * Qui timent Dominum, custodiunt mandata eius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius, dicentes: * Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominũ. * Secundum enim magnitudinem illius, sic & misericordia illius cum ipso est.

CAP. III.

1 AFilij sapientiæ ecclesia iustorũ; & natio illorũ obedientia & dilectio.
2 * Iudicium patris audite filij, & sic facite vt salui sitis. * Deus enim honorauit patrẽ in filijs, & iudicium matris exgrens, firmauit in filios. * Qui diligit Deũ, exorabit pro peccatis, & cõtinebit se ab illis, & in oratione dierũ exaudietur. * Et sicut thesaurizat, ita & qui honorificat matrẽ suã. * Qui honorat patrẽ suũ, iucũdabitur in filijs, & in die orationis suæ exaudietur. * Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore, & qui obedit patri, refrigerabit matrẽ. * Qui timet Dominum, honorat parẽtes, & quasi dominis seruiet his, qui se genuerunt.
9 * In opere & sermone, & omni patientia honora patrem tuũ, vt superueniat tibi benedictio à Deo: & benedictio illius in nouissimo manet.
11 * Benedictio patris firmat domos filiorũ, maledictio autem matris eradicat fundamẽta.
12 * Ne glorieris in contumelia patris tui, nõ enim est tibi gloria patris tui, * Gloria enim hominis ex honore patris sui, & decus filij pater sine honore.
14 * Fili, suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius.

* Et si defecerit sensu, veniã da, & ne spernas eum in tua virtute.
* Eleemosyna enim patris non erit in obliuione. C
* Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui, & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua.
* Quàm malæ famæ est qui derelinquit patrem, & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem!
* Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligẽris.
* Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & corã Deo inuenies gratiam.
* Quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur.
* Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.
* Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis.
* In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius nõ eris curiosus.
* Plurima enim super sensum hominũ ostensa sunt tibi.
* Multos enim suppplantauit suspitio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum.
* Cor durũ habebit malé in nouissimo; & qui amat periculum, in illo peribit.
* Cor ingrediens duas vias, nõ habebit successus; & prauũ cor in illis scandalizabitur.
* Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad peccandum.
* Synagogæ superborum nõ erit sanitas, frutex enim peccati eradicabitur in illis, & non intelligetur.

ECCLESIASTIC.

* Ἐὰν δὲ ἀπολείπῃ σύνεσιν συγγνώμην ἔχε, & μὴ ἀτιμάσῃς αὐτὸν ἐν πάσῃ ἰσχύι σου.
* ἐλεημοσύνη γὰρ πατρὸς οὐκ ἐπιλησθήσεται (σοι).
* καὶ ἀντὶ ἁμαρτιῶν ἀνοικοδομηθήσεταί σοι. ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως δυναμωθήσεταί σε, ὡς ἐπὶ παγετῷ οὕτως ἀναλυθήσονται σου αἱ ἁμαρτίαι.
* ὡς βλάσφημος ὁ ἐγκαταλείπων πατέρα αὐτοῦ, καὶ κεκατηραμένος ὑπὸ κυρίου, ὁ παροργίζων μητέρα αὐτοῦ.
* τέκνον τὰ ἔργα σου ἐν πραότητι διεξάγαγε, & ὑπὲρ ἄνθρωπον δεκτὸς ἀγαπηθήσῃ.
* ὅσῳ μέγας εἶ, τοσούτῳ ταπείνου σεαυτόν, & ἔναντι κυρίου εὑρήσεις χάριν. * πολλοὶ εἰσὶν ὑψηλοὶ & ἐπίδοξοι, ἀλλὰ πρασίσιν ἀποκαλύπτεται μυστήρια· ὅτι μεγάλη ἡ δυναστεία κυρίου, καὶ ὑπὸ τῶν ταπεινῶν δοξάζεται.
* χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει ἀναιδῶς, καὶ ἰσχυρότερά σε μὴ ἐξέταζε ἀφρόσυνα. ἃ προσετάγη σοι ταῦτα διανοοῦ ὁσίως.
* οὐ γὰρ ἐστί σοι χρεία τῶν κρυπτῶν ἐλέπειν ὀφθαλμοῖς.
* ἐν τοῖς περιττοῖς τῶν λόγων σου μὴ περιεργάζου.
* πλείονα γὰρ συνέσεως ἀνθρώπων ὑπεδείχθη σοι.
* πολλοὺς ἐπλάνησεν ἡ ὑπόληψις αὐτῶν ἡ ματαία, καὶ ὑπόνοια πονηρὰ ὠλίσθησε διάνοιαν αὐτῶν· κόραξ μὴ ἔχων ἀπορίσεις φωτός, γνώσεως δὲ ἀμοιρῶν μὴ ἐπαγάλλου.
* καρδία σκληρὰ κακωθήσεται ἐπ' ἐσχάτων, καὶ ὁ ἀγαπῶν κίνδυνον ἐν αὐτῷ ἀποθνήσκει.
* καρδία σκληρὰ βαρυνθήσεται πόνοις, & ὁ ἁμαρτωλὸς προσθήσει ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίας.
* ἐν ἐπαγωγῇ ὑπερηφάνου, οὐκ ἔστιν ἴασις. ὁδοιπορίαι αὐτοῦ ἐκκλίνουσι· φυτὸν γὰρ πονηρίας ἐρρίζωκεν ἐν αὐτῷ.

15 * Et si defecerit sensu, veniam habe, & ne inhonores eum in tota virtute tua.
16 * Eleemosyna enim patris tui non dabitur obliuioni.
17 * Et pro peccatis reædificabitur tibi. In die tribulationis recordabitur tui, sicut serenitas in glacie, sic soluentur tua peccata.
18 * Quàm male famæ qui relinquit patrem suum, & maledictus à Domino, qui exasperat matrem suam!
19 * Fili, opera tua in mansuetudine perfice, & ab homine acceptabili diligeris.
20 * Quantum magnus es, tantum humilia teipsum, & coram Domino inuenies gratiam.
21 * Multi sunt excelsi & gloriosi, sed mansuetis reuelantur mysteria: quoniam magna potentia Domini, & ab humilibus honoratur.
22 * Difficiliora te ne quæras sine sensu, & fortiora te ne exquiras cum stultitia.
23 * Quæ præcepta sunt tibi hæc cogita sanctè: non enim est tibi opus occulta videre oculis.
24 * In superuacuis sermonum tuorum ne sis curiosus.
25 * Plura enim intellectu hominum ostensa sunt tibi.
26 * Multos supplantauit suspitio illorum vana, & cogitatio praua labefecit sententiam eorum. Pupillas non habens indigebis luce; cognitione autem carens ne profitearis.
27 * Cor durum male habebit in nouissimis, & qui amat periculũ, in illo peribit.
29 * Cor durum grauabitur laboribus, & peccator adijciet peccata super peccata.
30 * In inductione superbi, non est sanitas, itinera eius eradicabuntur, planta enim nequitiæ radices misit in eo.

* *Cor sapientis cogitabit parabolam, & auris auditoris desiderium sapientis.*
* *Ignem ardentem extinguet aqua, & in eleemosynis veniam impetrabit peccati.*
* *Et Dominus qui retribuit gratias meminit in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum.*

CAP. IIII.

* *Fili vitam pauperis ne defraudes, & ne protrahas oculos indigentes.*
* *Animam esurientem ne tristifices, & ne protrahas virum in inopia sua.*
* *Cor irritatum ne conturbes, & ne protrahas datum indigentis.*
* *Supplicem in tribulatione positum ne abijcias, & ne auertas faciem tuam ab egeno.*
* *Ab inope ne auertas oculum, & ne dederis locum homini maledicendi tibi.*
* *Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ suæ, deprecationem eius exaudiet qui fecit eum.*
* *Amicabilem te fac congregationi; & magnati humilia caput tuum.*
* *Inclina aurem tuam pauperi sine tristitia, & redde illi pacifica in mansuetudine.*
* *Libera eum qui iniuriam patitur de manu iniuriantis, & ne sis impatiens cùm iudices tu.*
* *Esto pupillo vt pater, & pro viro matri eorum.*
* *Et eris vt filius altissimi, & diliget te magis quàm mater tua.*
* *Sapientia filios suos exaltauit, & suscipit inquirentes se.*

31 * καρδία σώφρονος διανοηθήσεται παραβολήν, καὶ ἓς ἀκροατοῦ ἐπιθυμία φρόνησις.
32 * πῦρ φλογιζόμενον σβεσθήσεται ὕδατι, καὶ ἐν ἐλεημοσύναις ἐξιλάσεται ἁμαρτίας.
33 * καὶ κύριος ὁ ἀνταποδιδοὺς χάριτας μέμνηται εἰς τὰ μελλοντα, καὶ ἐν καιρῷ πτώσεως αὐτοῦ εὑρήσει στήριγμα.

δ'.

1 * Τέκνον τὴν ζωὴν τοῦ πτωχοῦ μὴ ὑποστερήσῃς, καὶ μὴ παρελκύσῃς ὀφθαλμοὺς ἐπιδεεῖς.
2 * ψυχὴν πεινῶσαν μὴ λυπήσῃς, καὶ μὴ παρελκύσῃς δόσιν ἐν ὑστερήσει αὐτοῦ.
3 * καρδίαν παροργισμῷ μὴ παροξύνῃς, καὶ μὴ παρελκύσῃς δόσιν πένητος ἐνδεοῦς.
4 * ἱκέτην θλιβόμενον μὴ ἀπαναίνου, καὶ μὴ ὑποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ πτωχοῦ.
5 * ἀπὸ ἐνδεοῦς μὴ ὑποστρέψῃς ὀφθαλμὸν, καὶ μὴ δῷς τόπον σὺ θρώπῳ καταρασασθαί σε.
6 * καταρωμένου γὰρ σε ἐν πικρίᾳ ψυχῆς αὐτοῦ, τῆς δεήσεως αὐτοῦ εἰσακούσεται ὁ ποιήσας αὐτόν.
7 * πρόσφιλῆ σεαυτὸν ποίει συναγωγῇ, καὶ μεγιστᾶνι ταπείνωσον τὴν κεφαλήν σου.
8 * κλῖνον τὸ οὖς σου πτωχῷ ἀλύπως, καὶ ὑποκρίθητι αὐτῷ εἰρηνικὰ ἐν πραότητι.
9 * ἔξελου ἀδικούμενον ὑπὸ χειρὸς ἀδικούντος, καὶ μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῷ κρίνειν σε.
10 * γίνου ὀρφανοῖς πατήρ, καὶ ὑπὲρ ἀνδρὸς τῇ μητρὶ αὐτῶν.
11 * καὶ ἔσῃ ὡς υἱὸς ὑψίστου, καὶ ἀγαπήσει σε μᾶλλον ἢ μήτηρ σου.
12 * ἡ σοφία υἱοὺς ἑαυτῆς ἀνύψωσε, καὶ ἐπιλαμβάνεται τῶν ζητούντων αὐτήν.

31 * Cor sapientis intelligetur in sapientia, & auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam.
32 * Sapiens cor & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit.
33 * Ignem ardentè extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.
34 * Et Deus prospector est eius qui reddit gratiam, meminit in posterũ, & in tempore casus sui inueniet firmamentum.

CAP. IIII.

1 A * Filli, eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere.
2 * Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua.
3 * Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti.
4 * Rogationẽ cõtribulati ne abiicias, & non auertas faciem tuam ab egeno.
5 * Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram, & non relinquas quærentibus tibi locum maledicere.
6 * Maledicẽtis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius; exaudiet autem eum qui fecit illum.
7 * Congregationi pauperum B affabilem te facito, & prælatero humilia animã tuam, & magnato humilia caput tuum.
8 * Declina pauperi sine tristitia auré tuam, & redde debitum tuum, & respondebitum pacificè in mansuetudine.
9 * Libera eum, qui iniuriam patitur, de manu superbi, & non acidè feras in anima tua in iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum.
10 * Et eris tu, velut filius Altissimi, obediens, & miserebitur tui magis quàm mater.
11 * Sapientia filiis suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se, & præibit in via iustitiæ

* Et qui illam diligit, diligit vitam: & qui vigilauerint ad illã, cõplectentur placoré eius.
* Qui tenuerint illam, vitã hæreditabunt; & quò introibit, benedicet Deus.
* Qui seruiunt ei, obsequẽtes erũt Sancto: & eos qui diligunt illam, diligit Deus.
* Qui audit illam, iudicabit gentes, & qui intuetur illam, permanebit confidens.
* Si crediderit ei, hæreditabit illam, & erũt in confirmatione creaturæ illorum.
* Quoniam in tentatione ambulat cum eo, & in primis eligit eum.
* Timoré & metum & probationem inducet super illũ, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suę, donec tentet eũ in cogitationibus suis, & credat animæ illius.
* Et firmabit illum, & iter adducet directum ad illum, & lætificabit illum.
* Et denudabit absconsa sua illi, & thesaurizabit super illũ scientiã & intellectũ iustitiæ.
* Si autẽ oberrauerit, derelinquet eum, & tradet eum in manus inimici sui.
* Fili, conserua tẽpus, & deuita à malo. * Pro anima tua ne confundaris dicere verum.
* Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam.
* Ne accipias faciem aduersus faciem tuam, nec aduersus D animam tuam mendacium.
* Ne reuerearis proximum tuum in casu suo:
* Nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore suo. * In lingua enim sapientia dignoscitur: & sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati, & firmamentum in operibus iustitiæ.
* Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mẽdacio ineruditionis tuæ confundere.

13 * ὁ ἀγαπῶν αὐτὴν ἀγαπᾷ ζωήν, 13
καὶ οἱ ὀρθρίζοντες πρὸς αὐτὴν ἐμπλησθήσονται εὐφροσύνης.
14 * ὁ κρατῶν αὐτῆς κληρονομήσει δόξαν, καὶ οὗ εἰς πορεύσεται εὐλογεῖ κύριος.
15 * οἱ λειτουργοῦντες αὐτῇ λειτουργήσουσιν ἁγίῳ, καὶ οὓς ἀγαπᾷ ἀγαπᾷ κύριος.
16 * ὁ ἐπακούων αὐτῆς κρινεῖ ἔθνη, 16
καὶ ὁ προσέχων αὐτῇ κατασκηνώσει πεποιθώς.
17 * ἐὰν ἐμπιστεύσῃ κατακληρονομήσει αὐτὴν, καὶ ἐν κατασχέσει ἔσονται αἱ γενεαὶ αὐτοῦ.
18 * ὅτι διεξελεύσεται πορεύσεται μετ' αὐτοῦ ἐν πρώτοις.
19 * φόβον καὶ δειλίαν ἐπάξει ἐπ' 19
αὐτὸν, καὶ βασανίσει αὐτὸν ἐν παιδείᾳ αὐτῆς, ἕως οὗ ἐμπιστεύσῃ τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, καὶ πειράσῃ αὐτὸν ἐν ταῖς δικαιώμασιν αὐτῆς.
20 * καὶ πάλιν ἐπαναξει κατ' εὐθεῖαν 20
πρὸς αὐτὸν, καὶ εὐφρανεῖ αὐτόν.
21 * καὶ ἀποκαλύψει αὐτῷ τὰ κρυπτὰ αὐτῆς.
22 * ἐὰν ἀποπλανηθῇ, ἐγκαταλείψει αὐτὸν, καὶ παραδώσει αὐτὸν εἰς χεῖρας πτώσεως αὐτοῦ.
23 * στενοχώρησον καιρὸν καὶ φύλαξαι ἀπὸ πονηροῦ.
24 * καὶ μὴ αἰσχυνθῇς περὶ τῆς ψυχῆς σου.
25 * ἔστι γὰρ αἰσχύνη ἐπάγουσα ἁμαρτίαν, καὶ ἔστιν αἰσχύνη δόξα καὶ χάρις.
26 * μὴ λάβοις πρόσωπον κατὰ τῆς ψυχῆς σου, καὶ μὴ ἐντραπῇς εἰς πίστιν σου.
27 * μὴ κωλύσῃς λόγον ἐν καιρῷ σωτηρίας.
28 * καὶ μὴ κρύψῃς τὴν σοφίαν σου 28
εἰς καλλονήν.
29 * ἐν γὰρ λόγῳ γνωσθήσεται σοφία καὶ παιδεία ἐν ῥήμασι γλώσσης.
30 * μὴ ἀντιλέγετε τῇ ἀληθείᾳ κατὰ μηδὲν ἓν, καὶ περὶ ψεύσματος καὶ τῆς ἀπαιδευσίας σου ἐντράπητι.

13 * Qui diligit illam, diligit vitam; & vigilantes manè ad illam, replebuntur lætitia.
14 * Qui tenuerit eam, hæreditabit gloriam: & quò ingressus est, benedicit Dominus.
15 * Qui colunt eam, ministrabunt Sancto: & diligentes eam, diligit Dominus.
16 * Qui audit eam, iudicabit gentes, & qui attendit ei, habitabit confidens.
17 * Si crediderit, hæreditabit illam, & in possessione erunt generationes illorum.
18 * Quoniam peruersè ambulabit cum eo in primis.
19 * Timorem & metum inducet super eum, & cruciabit illũ in disciplina sua, quousque credat animæ eius, & tentet eum in iustificationibus suis.
20 * Et rursus redibit rectà ad eum, & lætificabit illum.
21 * Et denudabit illi absconsa sua.
22 * Si oberrauerit, derelinquet eum, & tradet eum in manus casus sui.
23 * Conserua tempus, & caue à malo.
24 * Et ne confundaris pro anima tua.
25 * Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio gloriæ & gratia.
26 * Ne accipias faciem aduersus animam tuam, & ne confundaris in casum tuum.
27 * Ne prohibeas sermonẽ in tempore salutis:
28 * Et ne abscondas sapientiam tuam in decore.
29 * In enim sermone cognoscetur sapientia, & disciplina in verbis linguæ.
30 * Ne contradicas veritati secundum aliquid, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.

‡ *Ne confundaris confiteri in peccatis tuis, & ne vim inferas cursui fluminis.*

‡ *Ne subijcias homini fa tuo teipsum, & ne accipias personam potentis.*

‡ *Vsque ad mortem certa pro veritate, & Dominus Deus pugnabit pro te.*

‡ *Ne sis temerarius in lingua tua, & piger & remissus in operibus tuis.*

‡ *Ne sis sicut leo in domo tua, & phantasia percutiens in seruis tuis.*

‡ *Ne sit manus tua porrecta ad accipiendum, & in dando collecta.*

CAP. V.

NE attendas in operibus tuis, et ne dixeris, Sufficiens mihi est ad vitam.

‡ *Ne sequaris animam tuam, & fortitudinẽ tuam, vt ambules in viis cordis tui.*

‡ *Ne dixeris, Quis me subijciet propter opera mea? nam Dominus vindicans vindicabit tuam iniuriam.*

‡ *Ne dixeris, Peccaui, et quid mihi factum est triste? nam Dominus est patiens, non te dimittet.*

‡ *De propitiatione ne sine timore sis in abundantia, ad addendum peccata super peccata.*

‡ *Et ne dicas, Miseratio eius multa, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.*

‡ *Misericordia enim & ira apud ipsum properabit, & in peccatores requiescet ira illius.*

‡ *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.*

‡ *Subitò enim egredietur ira Domini, & cum negligens fueris deterêris, & in tempore vindictæ disperdêris.*

‡ Nõ confundaris confiteri peccata tua, & ne subitias te omni homini pro peccato.

‡ Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fulminis.

‡ Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.

‡ Noli citatus esse in lingua tua, & inutilis & remissus in operibus tuis.

‡ Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi.

‡ Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.

CAP. V.

NOli attẽdere ad possessiones iniquas; & ne dixeris, Est mihi sufficiens vita. nihil enim proderit in tẽpore vindictæ & obductionis.

‡ Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui.

‡ Et ne dixeris, Quomodo potui, aut quis me subiicit propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit.

‡ Ne dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor.

‡ De propiciato peccato B li esse sine metu, neque adcias peccatum super peccatum.

‡ Et ne dicas, Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.

‡ Misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius.

‡ Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.

‡ Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.

Pro. 30. 8 ‡ Noli anxius esse in diuitiis iniustis; non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. ‡ Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam. sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. ‡ Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui & scientia. & prosequatur te verbum pacis & iustitiæ.

‡ Esto mansuetus ad audiẽdum vérbum Dei, vt intelligas & cum sapientia proferas responsum verum.

‡ Si est tibi intellectus, responde proximo; sin autem, D sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris.

‡ Honor & gloria in sermone sensati, lingua verò imprudentis subuersio est ipsius.

‡ Non appelleris susurro in vita tua, & in lingua tua ne capiaris & confundaris.

‡ Super furem enim est confusio & pœnitentia, & denotatio pessima super bilinguẽ. susurratori autẽ odium & inimicitia & contumelia.

‡ Iustifica pusillum, & magnum similiter.

CAP. VI.

NOli fieri pro amico inimicus proximo. improperium enim & contumeliâ malus hereditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis.

‡ Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus; ne fortè elidatur virtus tua per stultitiam. ‡ Et folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo.

‡ Anima enim nequã dispердet qui se habet, & in gaudiũ inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum.

‡ Verbũ dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua eucharis in bono homine abundabit. ‡ Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille.

‡ Ne attendas in diuitiis iniustis, nihil enim proderunt in die inductionis.

‡ Ne ventiles in omni vento, & ne eas in omni semita: sic peccator qui est bilinguis.

‡ Esto firmus in intellectu tuo tuto, & vnus sit sermo tuus.

‡ Esto veloxin auditione tua bona, & sic in veritate vitæ tuæ: & in patientia loquere responsum rectum.

‡ Si est tibi intellectus, responde proximo: si autem non, manus tua sit super os tuum.

‡ Gloria & ignominia in loquela, & lingua hominis casus ipsi.

‡ Ne appelleris susurrator, & linguæ tuæ ne insidieris.

‡ Super enim furem est confusio nequam, & damnatio mala super bilinguem.

‡ In magno & in paruo ne ignores aliquid.

CAP. VI.

ET *pro amico non fias inimicus. Nomen enim malum pudorem & improperium hæreditabit. Sic peccator bilinguis ignominiam habebit.*

‡ *Ne extollas te in consilio animæ tuæ, ne diripiatur vt taurus anima tua.*

‡ *Folia tua comedes, & fructus tuos perdes; & dimittes te, velut siccum lignum.*

‡ *Anima nequam disperdet possidentem se, & derisum inimicorum faciet se.*

‡ *Guttur dulce multiplicabit amicos suos, & lingua beneloquens multiplicat bonas loquelas.*

‡ *Qui pacem afferant tibi sint multi; at consiliarij tui vnus de mille.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

‡ *Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facilè credas ei teipsum.*

‡ *Est enim amicus in tempore suo, & non permanebit in die tribulationis tuæ.*

‡ *Et est amicus qui conuertitur in inimicitiam, & rixam conuitij tui reuelabit.*

‡ *Et est amicus particeps mensarum, & non permanebit in die tribulationis tuæ.*

‡ *Et in bonis tuis erit vt tu, & in domesticos tuos fiducialiter agèt.*

‡ *Si humiliatus fueris, erit contra te, & à facie tua abscondetur.*

‡ *Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende.*

‡ *Amicus fidelis protectio fortis; at qui inuenit illum, inuenit thesaurum.*

‡ *Amici fidelis non est commutatio, & non est pondus pulchritudinis eius.*

‡ *Amicus fidelis medicamentum vitæ, & qui metuunt Dominum, inuenient illum.*

‡ *Qui timet Dominum, diriget amicitiam eius, quoniam secundùm illum sic & proximi eius.*

‡ *Fili à iuuentute tua elige doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam.*

‡ *Et sustine bonos fructus illius.*

‡ *In enim opere ipsius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus illius.*

‡ *Quàm aspera est nimiùm indoctis, & non permanebit in ea excors.*

‡ *Quasi lapis probationis fortis erit in eo, & non morabitur proijcere illam.*

‡ *Sapientia enim secundùm nomen eius est, & non multis est manifesta.*

7 ‡ εἰ κτᾶσαι φίλον, ἐν πειρασμῷ κτῆσαι αὐτόν, & μὴ ταχὺ ἐμπιστόσῃς αὐτῷ σεαυτόν.

8 ‡ ἔστι γὰρ φίλος & ἐν καιρῷ αὐτοῦ, & οὐ μὴ παραμείνῃ ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου.

9 ‡ καὶ ἔστι φίλος μεταστρεφόμενος εἰς ἔχθραν, καὶ μάχλου ὀνειδισμοῦ σου ἀποκαλύψει.

10 ‡ καὶ ἔστι φίλος κοινωνὸς τραπέζης, καὶ οὐ μὴ παραμείνῃ ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου.

11 ‡ καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς σου ἔσται ὡς σύ, & ἐπὶ σοῦ οἰκέτας σου παρρησιάσεται.

12 ‡ ἐὰν ταπεινωθῇς ἔσῃ κατά σου, καὶ ἀπὸ προσώπου σου κρυβήσεται.

13 ‡ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν σου διαχωρίσθητι, καὶ ἀπὸ τῶν φίλων σου πρόσεχε.

14 ‡ φίλος πιστὸς σκέπη κραταιά· ὁ δὲ εὑρὼν αὐτὸν εὗρε θησαυρόν.

15 ‡ φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα, καὶ οὐκ ἔστι σταθμὸς τῆς καλλονῆς αὐτοῦ.

16 ‡ φίλος πιστὸς φάρμακον ζωῆς, καὶ οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον εὑρήσουσιν αὐτόν.

17 ‡ ὁ φοβούμενος κύριον, εὐθυνεῖ φιλίαν αὐτοῦ, ὅτι κατ' αὐτὸν ἔτως καὶ ὁ πλησίον αὐτοῦ.

18 ‡ τέκνον ἐκ νεότητός σου πρόσεξαι παιδείαν, καὶ ἕως πολιῶν εὑρήσεις σοφίαν.

19 ‡ καὶ προάμενε σοῦ ἀγαθὸς καρπὸς αὐτῆς.

20 ‡ ἐν γὰρ τῇ ἐργασίᾳ αὐτῆς ὀλίγον κοπιάσεις, καὶ ταχὺ φάγεσαι ἀπὸ τῶν γενημάτων αὐτῆς.

21 ‡ ὡς τραχεῖά ἐστι σφόδρα τοῖς ἀπαιδεύτοις, & οὐκ ἐμμενεῖ ἐν αὐτῇ ἀκάρδιος.

22 ‡ ὡς λίθος δοκιμασίας ἰσχυὸς ἔσται ἐπ' αὐτῷ, καὶ οὐ χρονιεῖ ἀπορρίψαι αὐτόν.

23 ‡ σοφία γὰρ κατὰ τὸ ὄνομα αὐτῆς ἐστι, καὶ οὐ πολλοῖς ἐστι φανερά.

7 ‡ Si possides amicū, in tentatione posside eum, & ne facilè credas ei te ipsum. 8 ‡ Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. 9 ‡ Et est amicus qui cōuertitur ad inimicitiam; & est amicus qui B odium & rixam & cōuitia denudabit. 10 ‡ Est autem amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. 11 ‡ Amicus si permanserit ꝺ-xus, erit tibi quasi cœqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget. 12 ‡ Si humiliauerit te contra te, & à facie tua abscōderit se, vnanimem habebis animicitiam bonam. 13 ‡ Abinimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. 14 ‡ Amicus fidelis protectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. 15 ‡ Amico fideli nulla est cōparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatē fidei illius. 16 ‡ Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis; & qui metuunt Dominum, inuenient illum. 17 ‡ Qui timet Deum, æqua habebit amicitia bonā, quoniam secundum illū erit amicus illius. 18 ‡ Fili, à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. 19 ‡ Quasi is qui arat & qui semiꝺ-nat, accede ad eam, & sustine bonos fructus illius. 20 ‡ In opere enim ipsius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus illius. 21 ‡ Quàm aspera est nimiùm sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors. 22 ‡ Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proiicere illam. 23 ‡ Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est eius, & non est multis manifesta.

‡ *Quibus autem cognita est, permanet vsque ad cōspectum Dei.*

‡ *Audi fili, & accipe consilium intellectus, & ne abiicias consilium meū. inijce pedem tuū in compedes illius, & in torques illius collum tuum.*

‡ *Subiice humerum tuum, & porta illam, & ne acidieris vinculis eius.*

‡ *In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conserua vias eius.*

‡ *Inuestiga illam, & manifestabitur tibi; & continēs factus, ne derelinquas eam.*

‡ *In nouissimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem.*

‡ *Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis & bases virtutis, & torques illius in stolam gloriæ.*

‡ *Decor enim vitæ est in illa, & vincula illius alligatura salutis.*

‡ *Stola gloriæ indues eam, & coronam gratulationis impones tibi.*

‡ *Fili, si attenderis mihi, disces eam; & si accommodaueris animum tuum, sapiens eris.*

‡ *Si inclinaueris aurem tuam; excipies doctrinam; & si dilexeris audire, sapiens eris.*

‡ *In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te.*

‡ *Et si videris sensatum, cuigila ad eum, & gradus ostiorum illius exterat pes tuus.*

‡ *Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè assiduus esto; & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.*

‡ ἄκουσον τέκνον & ἔκλεξαι γνώμην μου, καὶ μὴ ἀπαναίνου τὴν συμβουλίαν μου. καὶ εἰσένεγκαι σὸν πόδας σου εἰς τὰς πέδας αὐτῆς, καὶ εἰς τὸν κλοιὸν αὐτῆς τὸν τράχηλόν σου.

‡ ὑπόδες τὸν ὦμόν σου, καὶ βάσαζον αὐτὴν, & μὴ προσοχθίσῃς τοῖς δεσμοῖς αὐτῆς.

‡ ἐν πάσῃ ψυχῇ σου προσέλθε αὐτῇ, & ἐν ὅλῃ δυνάμει σου σωτήρησον τὰς ὁδοὺς αὐτῆς.

‡ ἐξιχνίασον καὶ ζήτησον, & γνωσθήσεταί σοι, καὶ ἐγκρατὴς γενόμενον & μὴ ἀφῇς αὐτήν.

‡ ἐπ' ἐσχάτων γὰρ εὑρήσεις τὴν ἀνάπαυσιν αὐτῆς, καὶ μεταστραφήσεταί σοι εἰς εὐφροσύνην.

‡ καὶ ἔσονταί σοι αἱ πέδαι αὐτῆς εἰς σκέπην ἰσχυρὰς, καὶ ὁ κλοιὸς αὐτῆς εἰς στολὴν δόξης.

‡ κόσμος γὰρ χρυσοῦ ἐστιν ἐπ' αὐτῆς, καὶ ὁ δεσμοὶ αὐτῆς κλῶσμα ὑακίνθινον.

‡ στολὴν δόξης ἐνδύσῃ αὐτήν, & στέφανον ἀγαλλιάματος περιθήσεις σεαυτῷ.

‡ ἐὰν θέλῃς τέκνον, παιδευθήσῃ, & ἐὰν προσδῷς τὴν ψυχήν σου, πανοῦργος ἔσῃ.

‡ ἐὰν ἀγαπήσῃς ἀκοήν, ἐνδέξῃ σύνεσιν· & ἐὰν κλίνῃς τὸ οὖς σου, σοφὸς ἔσῃ.

‡ ἐν πλήθει πρεσβυτέρων σύνισθι· καὶ τίς σοφός, αὐτῷ προσκολλήθητι. πᾶσαν δήγησιν θείαν θέλε ἀκροᾶσθαι, καὶ παροιμίαι συνέσεως μὴ ἐκφυγέτωσάν σε.

‡ ἐὰν ἴδῃς σὺ σοφὸν σύνετον, ὄρθριζε πρὸς αὐτόν, καὶ βαθμὸς θυρῶν αὐτοῦ σκοτελεύτω ὁ πούς σου.

‡ διανοοῦ ἐν τοῖς προστάγμασι κυρίου τελείως, καὶ ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ μελέτα διαπαντός· αὐτὸς στερεῖ τὴν καρδίαν σου, καὶ ἡ ἐπιθυμία τῆς σοφίας δοθήσεταί σοι.

‡ *Audi fili, & collige sententiam meam, & ne abijcias consilium meum; & injice pedes tuos in compedes illius, & in torquem eius collum tuum.*

‡ *Subijce humerum tuum, & porta illam, et ne sis inimicus vinculis eius.*

‡ *In tota anima tua accede illi, & in tota virtute tua conserua vias eius.*

‡ *Inuestiga & quære, & cognoscetur à te, & continens factus ne relinquas eam.*

‡ *In nouissimis enim inuenies requiem eius, & conuertetur tibi in oblectationem.*

‡ *Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & torques illius in stolam gloriæ.*

‡ *Decor enim aureus est in ea, & vincula illius nexus hyacinthinus.*

‡ *Stolam gloriæ indues eam, & coronam exultationis circumpones tibi.*

‡ *Si volueris fili, doctus eris, et si tradideris animam tuam, callidus eris.*

‡ *Si dilexeris audire, recipies intellectum, & si inclinaueris aurem tuam, sapiens eris.*

‡ *In multitudine presbyterorum sta, & qui sapiens ipsi coniungere. Omnem narrationem diuinam cupe audire, & prouerbia intellectus non effugiant te.*

‡ *Si videris virum prudentem, manè surge ad eum, & gradus ostiorum illius deterat pes tuus.*

‡ *Cogita in præceptis Domini consummatè, et in mandatis illius meditare semper: ipse firmabit cor tuum, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. VII.

NE facias mala, & non te comprehendent mala.
Discede ab iniquo, & declinabit à te peccatum.
Fili ne semines in sulcis iniustitiæ, & non metes ea septupla.
Ne quæras à Domino ducatũ, neque à rege cathedram gloriæ.
Ne te iustifices coram Domino, & apud regem ne videaris sapiens.
Ne quæras fieri iudex, & non valebis tollere iniustitias. Ne quando pertimescas à facie potentis, & ponas scandalum in rectitudine tua.
Ne pecces in multitudine ciuitatis, & non immittas te in turba.
Ne alliges bis peccatum. In enim vno non innocens eris.
Ne dicas, Multitudinem munerum meorum inspiciet, & cùm obtulero ego Deo altissimo, suscipiet. Ne sis pusillanimis in oratione tua, & eleemosynam facere ne neglexeris.
Ne derideas hominem existentem in amaritudine animæ suæ; est enim qui humiliat & exaltat.
Ne ares mendacium in fratre tuo, neque amico simile facias.
Ne velis mentiri omne mendacium, nam assiduitas eius non in bonum.
Ne sis verbosus in multitudine presbyterorum, & ne iteres verbum in oratione tua. Ne oderis laboriosum opus & rusticationẽ ab altissimo creatam. Ne computes te ipsum in multitudine peccatorum.
Memento quoniam ira non tardabit.
Humilia valdè animam tuam, quoniam vindicta impij ignis & vermis.

ζ.

Μὴ ποίει κακά, καὶ οὐ μή σε καταλάβῃ κακά.
Ἀπόστηθι ἀπὸ ἀδίκου, καὶ ἐκκλινεῖ ἀπὸ σοῦ ἁμαρτία.
Υἱὲ μὴ σπείρῃς ἐπ' αὐλακας ἀδικίας, καὶ οὐ μὴ θερίσεις αὐτὰ ἑπταπλάσια.
Μὴ ζήτει παρὰ κυρίου ἡγεμονίαν, μηδὲ παρὰ βασιλέως καθέδραν δόξης.
Μὴ δικαιοῦ ἑαυτὸν κυρίῳ, καὶ παρὰ βασιλεῖ μὴ σοφίζου.
Μὴ ζήτει γενέσθαι κριτής, καὶ ἐὰν ἰσχύσῃς ἐξάραι ἀδικίας. μήποτε ὀκνήσῃς ἀπὸ προσώπου δυνάστου, καὶ θήσεις σκάνδαλον ἐν ὀρθότητί σου.
Μὴ ἁμάρτανε εἰς πλῆθος πόλεως, καὶ οὐ μὴ καταβαλῇς σεαυτὸν ἐν ὄχλῳ.
Μὴ καταδεσμεύσῃς δὶς ἁμαρτίαν. ἐν γὰρ μιᾷ οὐκ ἀθῷος ἔσῃ.
Μὴ εἴπῃς, τῷ πλήθει τῶν δώρων μου ἐπόψεται, καὶ ἐὰν προσενέγκω μεθεῷ ὑψίστῳ προσδέξεται. μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῇ προσευχῇ σου, καὶ ἐλεημοσύνῃ ποιῆσαι μὴ παρίδῃς.
Μὴ καταγέλα ἀνθρώπου ὀργὰ ἐν πικρίᾳ ψυχῆς αὐτοῦ, ἔστι γὰρ ὁ ταπεινῶν καὶ ὑψῶν.
Μὴ λοιδόρει ψευδῶς ἐπ' ἀδελφῷ σου, μηδὲ φίλῳ τῷ ὁμοίῳ ποίει.
Μὴ θέλε ψεύδεσθαι παντὸς ψευδοῦς, ὁ γὰρ ἐνδελεχισμὸς αὐτοῦ οὐκ εἰς ἀγαθόν.
Μὴ ἀδολέσχει ἐν πλήθει πρεσβυτέρων, καὶ μὴ διπλώσῃς λόγον ἐν προσευχῇ σου.
Μὴ μισήσῃς πόνον ἐργασίαν καὶ γεωργίαν ὑπὸ ὑψίστου ἐκτισμένην.
Μὴ προσλογίζου σεαυτὸν ἐν πλήθει ἁμαρτωλῶν.
Μνήσθητι ὅτι ὀργὴ οὐ χρονιεῖ.
Ταπείνωσον σφόδρα τὴν ψυχήν σου, ὅτι ἐκδίκησις ἀσεβοῦς πῦρ καὶ σκώληξ.

CP. VII.

NOli facere mala, & non te apprehendent.
A de ab iniquo, & deficient mala abs te.
Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum.
Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris.
Nõ te iustifices ante Deũ, quoniam agnitor cordis ipse est, & penes regem noli velle videri sapiens.
Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua.
Non pecces in multitudine ciuitatis, nec te immittas in populum.
Neq; alliges duplicia peccata. nec enim in vno eris innocens.
Noli esse pusillanimis in animo tuo.
Exorare & facere elemosynam ne despicias.
Ne dicas, In multitudine meorum respiciet Deus, & offerente me Deo altissimo munera mea suscipiet.
Non irrideas hominem in amaritudine animæ; est enim qui humiliat & exaltat excelsos.
Noli amare mendacium in amicum similiter facias.
Noli velle mentiri omne mendacium; assiduitas eius illius non est bona.
Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, & non iteres verbum in oratione tua.
Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab Altissimo.
Non te reputes in multitudine indisciplinatorum.
Memento iræ, quoniam non tardabit.
Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta impij ignis & vermis.

Noli præuaricari in amicum pecuniã differentẽ, neq; fratrẽ charissimũ auro spreueris.
Noli discedere à muliere sensata & bona, quã fortitus es in timore Dñi; gratia enim verecũdiæ illius super aurũ.
Non ledas seruum in veritate operantẽ, neque mercenariũ dantẽ animam suam.
Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, nõ defraudes illum libertate, neque inopẽ derelinquas illũ.
Pecora tibi sunt, attende illis; & si sunt vtilia, perseuerẽt apud te.
Filij tibi sunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eorũ.
Filiæ tibi sunt, serua corpus illarũ, & nõ ostendas hilarem faciem tuam ad illas.
Trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam.
Mulier si est tibi secũdum animam tuam, non proiicias illam, & odibili non credas te in toto corde tuo.
Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris.
Memẽto quoniam nisi per illos natus nõ fuisses, & retribue illis, quomodo & illi tibi.
In tota anima tua time Dñm, & sacerdotes illius sanctifica. in omni virtute dilige Deum qui te fecit, & ministros eius ne derelinquas.
Honora Deũ ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachiis.
Da illis partem sicut mandatum est tibi
Primitiarum & purgationis, & de negligentia tua purga te cũ paucis.
Datum brachiorũ tuorum, & sacrificium sanctificationis offeres Domino, & initia sanctorum:
Et pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua.
Gratia datus in conspectu omnis viuentis, & mortuo nõ prohibeas gratiam.
Non desis ploratibus in consolatione, & cum lugentibus ambula.

ECCLESIASTIC.

μὴ ἀλλάξῃς φίλον ἀδελφοῦ γνήσιον ἐν χρυσίῳ Ὀφίρ.
μὴ ἀφέχει γυναικὸς σοφῆς καὶ ἀγαθῆς, ἡ γὰρ χάρις αὐτῆς ὑπὲρ τὸ χρυσίον.
μὴ κακώσῃς οἰκέτην ἐργαζόμενον ἐν ἀληθείᾳ, μηδὲ μίσθιον διδόντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.
οἰκέτην σωφρονοῦντα ἀγάπα ὡς ψυχήν σου, μὴ στερήσῃς αὐτὸν ἐλευθερίας.
κτῆνη σοὶ ἐὰν ᾖ, ἐπισκέπου αὐτά, καὶ ἐὰν ᾖ σοι χρήσιμα, ἔμμενέτω σοι.
τέκνα σοί ἐστι, παίδευσον αὐτά, καὶ κάμψον ἐκ νεότητος τὸν τράχηλον αὐτῶν.
θυγατέρες σοί εἰσι, φύλασσε τὸ σῶμα αὐτῶν, καὶ μὴ ἱλαρύνῃς πρὸς αὐτὰς τὸ πρόσωπόν σου.
ἔκδου θυγατέρα, καὶ ἔσῃ τετελεκὼς ἔργον μέγα, καὶ ἀνδρὶ συνετῷ δώρησαι αὐτήν.
γυνή σοι ἐστὶ κατὰ ψυχήν σου, μὴ ἐκβάλῃς αὐτὴν μισουμένην δὲ μὴ ἐκδῷς σεαυτόν.
ἐν ὅλῃ καρδίᾳ δόξαζε τὸν πατέρα σου, καὶ μητρὸς ὠδῖνας μὴ ἐπιλάθῃ.
μνήσθητι ὅτι δι' αὐτῶν ἐγεννήθης, καὶ τί ἀνταποδώσεις αὐτοῖς, κατὰ τὰ αὐτοί σοι.
ἐν ὅλῃ ψυχῇ σου δίλαβε τὸν κύριον, καὶ τοὺς ἱερεῖς αὐτοῦ θαύμαζε.
ἐν ὅλῃ δυνάμει ἀγάπησον τὸν ποιήσαντά σε, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ μὴ ἐγκαταλίπῃς.
φόβει τὸν κύριον, καὶ δόξαζον ἱερέα. καὶ δὸς τὴν μερίδα αὐτῷ καθὼς ἐντέταλταί σοι, ἀπαρχὴν καὶ περὶ πλημμελείας,
καὶ δόσιν βραχιόνων, καὶ θυσίαν ἁγιασμοῦ καὶ ἀπαρχὴν ἁγίων
καὶ πτωχῷ ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου, ἵνα τελειωθῇ ἡ εὐλογία σου.
χάρις δόματος ἐναντίον παντὸς ζῶντος, καὶ τῷ νεκρῷ μὴ ἀποκωλύσῃς χάριν.
μὴ ὑστέρει κλαιόντων, καὶ μετὰ πενθούντων πορεύθητι.

Ne commutes amicum indifferenter secundùm aliquid, neque fratrem legitimum in auro Suphir.
Ne discedas à muliere sapiente & bona; nam gratia eius super aurum.
Ne ledas seruum operantem in veritate, neque mercenarium dantem animam suam.
Seruum prudentem dilygat tua anima, ne defraudes illum libertate.
Pecora tibi sunt, attende illis: & si sunt tibi vtilia, permanerent apud te.
Filij tibi sunt, erudi illos, & curua à iuuentute collum eorum.
Filiæ tibi sunt, attende corpori earum, & ne hilarem ostendas ad illas faciem tuam.
Trade filiam, & perfeceris opus magnum, & homini prudenti da illam.
Vxor tibi est secundùm animã, ne abijcias eam; odibili autẽ ne tradas teipsum.
In toto corde honora patrem tuum, & matris dolorum partus ne obliuiscaris.
Memento quòd propter eos natus es, & quid retribues eis, sicut ipsi tibi.
In tota anima tua cole Dominum, & sacerdotes eius mirare. In tota virtute dilige eum qui fecit te, & ministros eius ne derelinquas.
Time Dominum, & honora sacerdotem,
Et da partẽ ei sicut mãdatum est tibi.
Primitias & de deliẽto,
Et donum brachiorum, & sacrificium sanctificationis & primitias sanctorum;
Et pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur benedictio tua.
Gratia domi in conspectu omnis viuentis, & in mortuo ne prohibueris gratiam.
Ne desis ploratibus, & cũ lugentibus luge.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[37] *Ne te pigeat visitare infirmum; ex enim talibus diligeris.* [38] *In omnibus sermonibus tuis memorare novissima tua, & in seculum non peccabis.*

CAP. VIII.

1 NE litiges cũ homine potente, ne fortè incidas in manus illius.

2 [2] *Ne contendas cum homine loquplete, ne fortè contra trahat tuum pondus.*

3 [3] *Multos enim perdidit aurum, & corda regum inclinauit.* 4 [4] *Ne litiges cum homine loquace, & ne struas super ignem illius ligna.*

5 [5] *Ne ludas cum indocto, ne inhonorentur maiores tui.*

6 [6] *Ne improperes homini auertenti se à peccato: memẽto quòd omnes sumus in increpationibus.*

7 [7] *Ne inhonores hominem in senectute sua, & enim ex nobis senescunt.*

8 [8] *Ne gaudeas in mortuo inimicissimo tuo, memento quòd omnes morimur.*

9 [9] *Ne despicias narrationẽ sapientum, & in prouerbiis eorum conuersare.*

10 [10] *Quoniam ab ipsis disces disciplinam, & seruire magnatibus faciliter.*

11 [11] *Ne discedas à narratione seniorum, & enim ipsi didicerunt à patribus suis.*

12 [12] *Quoniam ab illis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum.*

13 [13] *Ne accendas carbones peccatoris, ne incendaris in igne flammæ illius.*

14 [14] *Ne exurgas à facie cõtumelioſi, ne insideat sicut insidiæ ori tuo.* 15 [15] *Ne fœnereris homini fortiori te, et si fœneraueris, quasi qui perdidit, esto.* 16 [16] *Ne spõdeas super virtutem tuã; & si spoponderis, quasi soluturus cogita.*

17 [17] *Ne iudices contra iudicem, secũdum enim opinionẽ eius iudicabunt cum.*

18 [18] *Cum audace nõ eas in via, ne fortè grauet mala sua in te. ipse enim secundũ voluntatẽ suã vadit, & simul cũ stultitia ipsius peries.* 19 [19] *Cũ iracũdo nõ facias rixã, & cũ audace nõ eas in desertũ, quoniã quasi nihil est ante illũ sanguis, & vbi nõ est adiutoriũ, elidet te.* 20 [20] *Cum fatuis consiliũ nõ habeas, non enim poterũt diligere, nisi quę eis placẽt.* 21 [21] *Corã extraneo ne facias consiliũ, nescis enim qd pariet.* 22 [22] *Nõ omni homini cor tuũ manifestes, ne fortè inferat tibi gratiã falsam, & conuitietur tibi.*

CAP. IX.

1 NOn zeles mulierem sinus tui, ne ostẽdat super te malitiam doctrinæ nequã. 2 [2] *Nõ des mulieri potestatem animę tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & cõfundaris.* 3 [3] *Ne respicias mulierẽ multiuolam, ne fortè incidas in laqueos illius.*

4 [4] *Cũ saltatrice ne assiduus sis, nec audias illã, ne fortè pereas in efficacia illius.* 5 [5] *Virginẽ ne cõspicias, ne fortè scandalizeris in decore illius.* 6 [6] *Ne des fornicariis animã tuã in villo, ne perdas te & hæreditatem tuã.* 7 [7] *Noli circũspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius.* 8 [8] *Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circunspicias speciem alienã.*

9 [9] *Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc cõcupiscentia quasi ignis exardescit.* 10 [10] *Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via ab omnibus prætereuntibus cõculcabitur.* 11 [11] *Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt; colloquium enim illius quasi ignis exardescit.* 12 [12] *Cum aliena muliere non sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum.* 13 [13] *Et non alterceris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem.*

[18] *Cum audace ne eas in via, ne grauetur contrate; ipse enim secundùm voluntatem suam faciet, & cum stultitia ipsius simul peribis.* [19] *Cum iracundo ne feceris rixam, & ne eas cum eo in desertum. Sic nihil in oculis eius sanguis, & vbi non est adiutorium, deijciet te illic.* [20] *Cum fatuo non habeas consilium, non enim poterit verbum cælare.* [21] *Coram extraneo ne facias occultum, non enim cognoscis quid pariet.* [22] *Omni homini ne manifestes cor tuum, & ne referat tibi gratiam falsam.*

CAP. IX.

1 NE zeles mulierem sinus tui, neque ostẽdas in te disciplinam malam.

2 [2] *Ne dederis mulieri animam tuam, vt ascendat ipsa super animam tuam.*

3 [3] *Ne occurras mulieri meretrici, ne fortè incidas in laqueos illius.*

4 [4] *Cum cantatrice ne assiduus sis, ne fortè capiaris in exercitijs eius.*

5 [5] *Virginem ne consideres, ne fortè scandalizeris in pœnis eius.*

6 [6] *Ne dederis scortis animam tum, ne perdas hæreditatem tuam.*

7 [7] *Ne circunspicias in vicis ciuitatis, & in desertis illius ne erres.*

8 [8] *Auerte oculum à muliere formosa, & ne consideres speciem alienam.*

9 [9] *In enim specie mulieris multi errauerunt, & ex hoc amicitia vt ignis accenditur, & ne accubueris in vltris cum ea.*

11 [11] *Cum coniugata muliere ne sedeas omnino.*

13 [13] *Et ne conuerseris cum ea in vino: ne fortè declinet anima tua in illam, & spiritu tuo labaris in perditionẽ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

** Ne derelinquas amicum* 14
antiquum. nam nouus nō est
æqualis illi.
** Vinum nouum, amicus* 15
nouus; si inueteratum fuerit,
cum lætitia bibes illud.
** Ne imiteris gloriam pec-* 16
catoris, non enim nosti quæ
est subuersio eius.
** Ne placeas tibi appro-* 17
bationibus impiorū. memen-
to quòd vsque ad inferos non
iustificabuntur.
** Longè abesto ab homine* 18
qui potestatem habet occidē-
di, & non suspicaberis timo-
rem mortis.
** Et si accesseris, ne erres,* 19
ne auferat vitam tuam con-
tinuò.
** Scito quòd in medio la-* 20
queorum pertransis, & su-
per pinnacula ciuitatis de-
ambulas.
** Secundū virtutem tuam* 21
coniecta de proximo, & cum
sapientibus consilium fac, cū
prudentibus sit disputatio
tua, & omnis narratio tua
in lege Altissimi.
** Viri iusti sint conuiuæ* 22
tui, & in timore Domini sit
gloriatio tua.
** In manu artificum opus* 24
laudabitur, & princeps po-
puli sapiens in sermone suo.
** Terribilis in ciuitate sua* 25
homo linguosus: & petulans
in verbo suo, odio erit.

CAP. X.

IVdex sapiens docet populū 1
suum, & principatus pru
dentis protensus erit.
** Secundum iudicem po-* 2
puli, sic & ministri eius; &
secundum gubernatorem ci-
uitatis, omnes inhabitantes
*eam. * Rex insipiens perdet* 3
populū suū, & ciuitas habi-
tabitur in intellectu potentū.
** In manu Domini pote-* 4
stas terræ, & vtilem suscita-
bit ad tempus super eam.
** In manu Domini felici-* 5
tas hominis, & faciei scribæ
imponet gloriam suam.

14 * μὴ ἐγκαταλίπῃς φίλον ἀρ-
χαῖον· ὁ γὰρ πρόσφατος οὐκ ἔστιν ἔ-
15 πίσης αὐτῷ. οἶνος νέος, φίλος
νέος· ἐὰν παλαιωθῇ, μετ' εὐφροσύ-
νης πίεσαι αὐτόν.
16 * μὴ ζηλώσῃς δόξαν ἁμαρτω-
λοῦ, οὐ γὰρ οἶδας τίς ἔσται ἡ κατα-
στροφὴ αὐτοῦ.
17 * μὴ εὐδοκήσῃς εὐδοκίαις ἀσε-
βῶν· μνήσθητι ὅτι ἕως ᾅδου οὐ μὴ
δικαιωθῶσι.
18 * μακρὰν ἄπεχε ἀπὸ ἀνθρώπου
ὃς ἐξουσίαν ἔχει τοῦ φονεύειν, καὶ οὐ
μὴ ὑποπτεύσῃς φόβον θανάτου.
19 * καὶ ἐὰν προσέλθῃς, μὴ πλημ-
μελήσῃς, ἵνα μὴ ἀφέληται τὴν ζωήν
σου παραχρῆμα.
20 * ἐπίγνωθι ὅτι ἐν μέσῳ παγί-
δων διαβαίνεις, καὶ ἐπὶ ἐπάλξεων πό-
λεως περιπατεῖς.
21 * κατὰ τὴν ἰσχύν σου στόχασαι τοῦ
πλησίον, καὶ μετὰ σοφῶν βουλεύου, μετὰ
συνετῶν ἔστω ὁ διαλογισμός σου, καὶ
πᾶσα διήγησίς σου ἐν νόμῳ ὑψίστου.
22 * ἄνδρες δίκαιοι ἔστωσαν σύν-
δειπνοί σου, καὶ ἐν φόβῳ κυρίου ἔστω
τὸ καύχημά σου.
24 * ἐν χειρὶ τεχνιτῶν ἔργον ἐπαι-
νεθήσεται, καὶ ὁ ἡγούμενος λαοῦ σοφὸς
ἐν λόγῳ αὐτοῦ.
25 * φοβερὸς ἐν πόλει αὐτοῦ ἀνὴρ
γλωσσώδης, καὶ ὁ προπετὴς ἐν λό-
γῳ αὐτοῦ μισηθήσεται.

ι.

1 * Κριτὴς σοφὸς παιδεύει τὸν λαὸν
αὐτοῦ, καὶ ἡγεμονία συνετοῦ τεταγ-
μένη ἔσται.
2 * κατὰ τὸν κριτὴν τοῦ λαοῦ, οὕτως
καὶ οἱ λειτουργοὶ αὐτοῦ· καὶ κατὰ τὸν ἡ-
γούμενον τῆς πόλεως, πάντες οἱ κα-
τοικοῦντες αὐτήν.
3 * βασιλεὺς ἀπαίδευτος ἀπολεῖ
τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ πόλις οἰκισθήσεται
4 ἐν συνέσει δυναστῶν. * ἐν χειρὶ κυ-
ρίου ἡ ἐξουσία τῆς γῆς, καὶ τὸν χρήσι-
μον ἐγερεῖ εἰς καιρὸν ἐπ' αὐτῆς.
5 * ἐν χειρὶ κυρίου εὐοδία ἀνδρὸς καὶ
προσώπῳ γραμματέως ἐπιθήσει
δόξαν αὐτοῦ.

14 * Ne derelinquas amicū an-
tiquum, nouus enim non erit
15 similis illi. * Vinū nouū, ami-
cus nouus. veterascet, & cum
16 suauitate bibes illud. * Non
zeles gloriam & opes peccato-
ris, non enim scis quæ futura
17 sit illius subuersio. * Nō pla-
ceat tibi iniuria iniustorum,
sciens quoniam vsq; ad infe-
ros non placebit impius.
18 * Longè abesto ab homine
potestatē habente occidendi,
& non suspicaberis timorem
19 mortis. * Et si accesseris ad il-
D lum, noli aliquid committere,
ne fortè auferat vitam tuam.
20 * Communionē mortis sci-
to, quoniā in medio laqueorū
ingredieris, & super dolentiū
21 arma ambulabis. * Secundū
virtutem tuam caue te à pro-
ximo tuo, & cum sapientibus
& prudentibus tracta.
22 * Viri iusti sint tibi conui-
uæ, & in timore Dei sit tibi
23 gloriatio. * Et in sensu sit ti-
bi cogitatus Dei, & omnis e-
narratio tua in præceptis Al-
24 tissimi. * In manu artificum
opera laudabuntur, & prin-
cipes populi in sapientia ser-
monis sui: in sensu verò senio-
25 rum, verbum. * Terribilis
est in ciuitate sua homo lin-
guosus: & temerarius in ver-
bo suo odibilis erit.

CAP. X.

1 A IVdex sapiens iudicabit po-
pulum suum, & principatus
sensati stabilis erit.
2 * Secundum iudicem po-
puli, sic & ministri eius, & qua-
lis rector est ciuitatis, tales &
3 inhabitantes in ea. * Rex in-
sipiens perdet populū suum,
& ciuitates inhabitabūtur per
sensum prudentium.
4 * In manu Dei potestas ter-
ræ, & execrabilis omnis ini-
quitas gentium, & vtilem re-
ctorem suscitabit in tempus
super illam.
5 * In manu Dei potestas ho-
minis, & super faciē scribæ im-
ponet honorem suum.

* Omnis iniuriæ proximi ne 6
memineris, & nihil agas in
operibus iniuriæ.
Lev. 19. * Odibilis coram Deo est & 7
hominibus superbia, & exe-
crabilis omnis iniquitas gen-
tiū. * Regnū à gente in gentē 8
trāsfertur propter iniustitias, B
& iniurias, & contumelias, ac
diuersos dolos. * Auaro autē 9
nihil est scelestius. * Quid su- 10
perbis terra & cinis? nihil est
iniquius quàm amare pecuniā.
hic enim & animā suam vena-
lem habet, quoniā in vita sua
proiecit intima sua. * Omnis 11
potētatus breuis vita, languor
prolixior grauat medicū. * Bre- 12
uem languorē præscidit medi-
cus, sicut & rex hodie est, &
cras morietur.
* Cùm enim morietur ho- 13
mo, hæreditabit serpentes, &
bestias, & vermes.
* Initium superbiæ hominis 14
apostatare à Deo, quoniam ab
eo, qui fecit illum, recessit cor
eius: * Quoniā initiū omnis 15
peccati est superbia. qui tenue
rit illā, adimplebitur maledi- C
ctis, & subuertet eū in finem.
* Propterea exhonorauit Dn̄s 16
conuētus malorū, & destruxit
eos vsque in finem.
* Sedes ducum superborū 17
destruxit Deus; & sedere fecit
mites pro eis.
* Radices gentiū superbarū 18
arefecit Deus, & plantauit hu-
miles ex ipsis gentibus. * Ter- 19
ras gētium euertit Dominus,
& perdidit eas vsque in fun-
damentum. * Arefecit Deus 20
ex ipsis, & disperdidit eos, &
cessare fecit memoriam eorum
à terra. * Memoriam super- 21
borum perdidit Deus, & reli-
quit memoriam humiliū sen-
su. * Non est creata homi- 22
nibus superbia, neque iracū-
dia nationi mulierum. * Se- 23
men hominum honorabitur
hoc quod timet Deum; se-
men autem hoc exhonorabi-
tur, quod præterit mandata
Domini.

* ἐπὶ παντὶ ἀδικήματι, μὴ μη- 6
νιάσῃς τῷ πλησίον, καὶ μὴ πρᾶσσε μη-
δὲν ἐν ἔργοις ὕβρεως.
* μισητὴ ἔναντι κυρίου καὶ ἀνθρώ- 7
πων ὑπερηφανία, καὶ ἐξ ἀμφοτέ-
ρων πλημμελεῖ ἀδικίας.
* βασιλεία ἀπὸ ἔθνους εἰς ἔθνος 8
μετάγεται· διὰ ἀδικίας καὶ ὕβρεις καὶ
χρήματα δόλια, τί ὑπερηφανεύεται
γῆ καὶ σποδός; * φιλαργύρου 9
μὲν γὰρ οὐδὲν ἀνομώτερον.
* οὗτος γὰρ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν 10
ἔκπρακτον ποιεῖ· ὅτι ἐν ζωῇ αὐτοῦ
ἔρριψε τὰ ἐνδόσθια αὐτοῦ.
* μακρὸν ἀρρώστημα κόπτει ἰα- 12
τρός, καὶ βασιλεὺς σήμερον, καὶ αὔριον
τελευτήσει.
* ἐν γὰρ τῷ ἀποθανεῖν ἄνθρωπον, 13
κληρονομήσει ἑρπετὰ καὶ θηρία, καὶ
σκώληκας.
* ἀρχὴ ὑπερηφανίας, ἀνθρώπου 14
ἀφισταμένου ἀπὸ κυρίου, καὶ ἀπὸ τοῦ
ποιήσαντος αὐτὸν ἀπέστη ἡ καρδία
αὐτοῦ. * ὅτι ἀρχὴ ἁμαρτίας ὑπε- 15
ρηφανία, καὶ ὁ κρατῶν αὐτῆς ἐξο-
μβρήσει βδέλυγμα, καὶ καταστραφή-
σεται εἰς τέλος. * διὰ τοῦτο παρε- 16
δόξασε κύριος τὰς ἐπαγωγὰς καὶ
κατέστρεψεν εἰς τέλος αὐτούς.
* θρόνους ἀρχόντων καθεῖλεν ὁ 17
κύριος, καὶ ἐκάθισε πραεῖς ἀντ' αὐ-
τῶν ἔνδοθεν. * ῥίζας ἐθνῶν ὑπε- 18
ρηφάνων ἐξεῖλε κύριος, καὶ ἐφύ-
τευσεν ἀντ' αὐτῶν ἐν δόξῃ ταπει-
νούς. * χώρας ἐθνῶν κατέστρεψε 19
κύριος, καὶ ἀπώλεσεν αὐτὰς ἕως θε-
μελίων γῆς.
* ἐξῆρεν ἐξ αὐτῶν καὶ ἀπώλε- 20
σεν αὐτούς. * καὶ κατέπαυσεν 21
ἀπὸ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν.
* οὐκ ἔκτισται ἀνθρώποις ὑπερη- 22
φανία, οὐδὲ ὀργὴ θυμοῦ γεννήμασι
γυναικῶν.
* σπέρμα ἀσφαλείας οἱ φο- 23
βούμενοι κύριον, καὶ ἔντιμον φύτευ-
μα οἱ ἀγαπῶντες αὐτόν. σπέρμα
ἀτιμίας οἱ μὴ προσέχοντες τῷ νό-
μῳ, σπέρμα πλανήσεως οἱ παρα-
βαίνοντες ἐντολάς.

6 ** In omni iniuria, ne ira-*
scaris proximo, & ne facias
quippiam in operibus iniu-
7 *riæ. * Odibilis corā Domi-*
no & hominibus superbia,
& ex ambobus error iniu-
8 *stitiæ. * Regnū de gente in*
gentem transfertur propter
iniustitias, & iniurias, &
opes dolosas; quid superbit
9 *terra & cinis? * Auaro qui-*
dem enim nihil iniquius.
10 ** Hic enim & suam ani-*
mam, venalem facit: quo-
niam in vita sua proiecerunt
intima sua.
12 ** Longum morbum inci-*
dit medicus, & rex hodie,
& cras morietur.
13 ** Cùm enim moriatur ho-*
mo, hæreditabit serpentes &
bestias, & vermes.
14 ** Initium superbiæ, homi-*
nis recedentis à Domino, &
ab eo qui fecit illum recessit
cor eius.
15 ** Quoniam initium pec-*
cati superbia, & qui tenue-
rit illā, iniuriabit abomina-
tionem, & subuertetur in fi-
16 *nem. * Propter hoc exhono-*
rauit Dominus inductiones,
& subuertit in finem illos.
17 ** Sedes imperantium de-*
struxit Dominus, & sedere
fecit mites pro eis intus.
18 ** Radices gentium super-*
barum abstulit Dominus, &
plantauit pro illis in gloria
humiles.
19 ** Regiones gentium sub-*
uertit Dominus, & perdi-
dit eas vsque ad fundamen-
20 *ta terræ. * Abstulit ex eis*
& perdidit eos.
21 ** Et cessare fecit à terra*
memoriam eorum.
22 ** Non creata est homini-*
bus superbia, neque ira furo-
ris generationibus mulierū.
23 ** Semen securitatis qui ti-*
ment Dominum, & pretiosa
planta qui diligūt illum. Se-
men ignominiæ qui non atten
dunt legi; semen erroris qui
transgrediuntur mandata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In medio fratrum rectior illorum honoratus, & qui timet Dominũ in oculis illius.
Ante finem initium timor Domini; abiectio autem principatus obduratio et superbia: dies & honoratus & pauper gloriatio eorum timor Domini.
Nõ iustũ inhonorare pauperẽ intelligentẽ, & nõ decet honorare virũ peccatorẽ.
Magnates & iudices et potentes honorabuntur, & non est aliquis eorum maior timente Dominum.
Seruo prudẽti liberi seruient, & vir sapiens non murmurabit correptus.
Ne velis videri sapiens in faciendo opus tuum, & ne extollas te in tempore angustiæ tuæ:
Melius enim qui operatur & abũdat in omnibus quàm qui gloriatur & eget pane.
Fili in mãsuetudine tua honora animam tuam, & da illi honorem secundum dignitatem eius.
Peccantem in animam suam quis iustificabit? et quis honorabit inhonorantem vitam suam?
Pauper honoratur propter sciẽtiam suam, et dimes honoratur propter diuitias suas.
Qui est honoratus in paupertate, & in diuitijs quanto magis?

CAP. XI.

Sapientia humilis exaltabit caput illius, & in medio magnatum collocabit eum.
Ne laudes virum in specie sua, & ne abomineris hominem in visu suo.
Breuis in volatilibus apis, & principatus dulcorũ fructus eius.
In indumento vestimẽtorũ ne glorieris, et in die gloriæ ne extollaris, quoniã mirabilia opera Dñi sunt; & occulta opera eius hominibus.
Multi tyranni sederunt super pauimenta, at insuspicatus tulit diadema.

ἐν μέσῳ ἀδελφῶν ὁ ἡγούμενος αὐτῶν ἔντιμος, καὶ ὁ φοβούμενος κύριον ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ.
πρὸ λήξεως δρχὴ φόβος κυρίου, ἐκβολὴ δὲ ἀρχῆς συντριβὴ καὶ ὑπερηφανία· πλοῦτος καὶ δόξα καὶ πλοῦτος τὸ καύχημα αὐτῶν φόβος κυρίου.
δίκαιον ἀτιμάσαι πλούσιον σωτόν, καὶ ὁ καθήκει δοξάσαι ἄνδρα ἁμαρτωλόν.
μεῖζονες καὶ κριταὶ καὶ δυνάσται δοξασθήσονται, καὶ οὐκ ἔστι τούτων μείζων τοῦ φοβηθῆναι τὸν κύριον.
οἰκέτῃ σωστῷ ἐλεύθεροι λειτουργήσουσι· καὶ ὑπὲρ ἐπισήμων ὁ γογγύσων παιδευθήσεται.
μὴ σοφίζου ποιῆσαι τὸ ἔργον σου, καὶ μὴ δοξάζου ἐν καιρῷ ἐνοχωρίας σου.
κρεῖσσον γὰρ ὁ ἐργαζόμενος καὶ περισσεύων ἐν πᾶσιν, ἢ ὁ δοξαζόμενος καὶ δεόμενος ἄρτου. τέκνον ἐν πραΰτητι σου δόξαζε τὴν ψυχήν σου, καὶ δὸς αὐτῇ τιμὴν κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτῆς. τὸν ἁμαρτάνοντα εἰς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίς δικαιώσει; καὶ τίς δοξάσει τὸν ἀτιμάζοντα τὴν ζωὴν αὐτοῦ; πτωχὸς ὁ ξαζε δι ἐπιστήμων αὐτόν, καὶ πλούσιος δοξάζεται διὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ.
ὁ δεδοξασμένος ἐν πτωχείᾳ, πῶς ἐν πλούτῳ πορισθήσεται;

ια.

Σοφία ταπεινοῦ ἀνυψώσει κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν μέσῳ μεγιστάνων καθίσει αὐτόν.
μὴ αἰνέσῃς ἄνδρα ἐν κάλλει αὐτοῦ, καὶ μὴ βδελύξῃ ἄνθρωπον ἐν ὁράσει αὐτοῦ.
μικρὸς ἐν πετεινοῖς ἡ μέλισσα, καὶ ἀρχὴ γλυκασμάτων ὁ καρπὸς αὐτῆς.
ἐν περιβολῇ ἱματίων μὴ καυχήσῃ καὶ ἐν ἡμέρᾳ δόξης μὴ ἐπαίρου, ὅτι θαυμαστὰ τὰ ἔργα κυρίου ἐστί, καὶ κρυπτὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀνθρώποις. πολλοὶ τύραννοι ἐκάθισαν ἐπ' ἐδάφους, ὁ δὲ ἀνυπόνοητος ἐφόρεσε διάδημα.

In medio fratrum rectus illorũ in honore, & qui timet Dominũ, erũt in oculis illius.
Gloria diuitũ honoratorũ, & pauperum timor Dei est.
Non despicere hominem iustũ pauperẽ, & non magnificare virum peccatorẽ diuitẽ.
Magnus est iudex, & potens est in honore, & non est maior illo qui timet Deum.
Seruo sensato liberi seruient, & vir prudens & disciplinatus nó murmurabit correptus, & inscius non honoratur.
Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore angustiæ.
Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quam qui gloriatur, & eget pane.
Fili, in mansuetudine fac ua animã tuam, & da illi honorem secundũ meritũ suum.
Peccantẽ in animã suam quis iustificabit? & quis honorificabit exhonorantẽ animam suam?
Pauper glorriatur per disciplinam & timorem suum, & est homo quis honorificatur propter substantiã suam.
Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia, & qui gloriatur in substantia, pauperratem vereatur.

CAP. XI.

Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum consedere illum faciet.
Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo.
Breuis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus illius.
In vestitu ne glorieris vquam, nec in die honoris tui extollatis. quoniam mirabilia opera Altissimi solius, & gloriosa, & abscosa, & inuisibilia opera illius.
Multi tyranni federunt in throno, & insuspicabilis portauit diadema.

Multi potentes oppressi sunt valde, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum.
Priusquam interroges, ne vituperes quenquam, & cùm interrogaueris, corripe iustè.
Priusquam audias, ne respondeas verbum, & in medio seniorum ne adiicias loqui.
De ea re quæ te non molestat, ne certeris: & in iudicio peccantium ne consistas.
Fili, ne in multis sint actus tui, & si diues fueris, non eris immunis à delicto. si enim secutus fueris, nõ apprehendes, & non effugies si præcurreris.
Est homo laborans & festinans & dolens impius, & tantò magis non abundabit.
Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius. Et exaltauit caput eius, & mirati sunt in illo multi, & honorauerũt Deum. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt. Sapientia, disciplina & sciẽtia legis apud Dominũ, dilectio & viæ bonorum apud ipsum. Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt: qui autem exultãt in malis, consenescũt in malo.
Datio Dei permanet iustis, & profectus illius successus habebit in æternum.
Est qui locupletatur parcè agendo, & hęc est pars mercedis illius, in eo quod dicit:
Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus, & nescit quòd tẽpus prætereat illum, & mors appropinquet & relinquet omnia aliis, & moriatur.
Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veterasce.
Ne manseris in operibus peccatorum. confide autem in Deo, & mane in loco tuo.

πολλοὶ δυνάσται ἠτιμάσθησαν σφόδρα, καὶ ἔνδοξοι παρεδόθησαν εἰς χεῖρας ἑτέρων.
πρὸ ἐξετάσεως, μὴ μέμψῃ, νόησον πρῶτον καὶ τότε ἐπίτιμα.
πρὸ ἀκούσαι, μὴ ἀποκρίνου, καὶ ἐν μέσῳ λόγων μὴ παρεμβάλλε ῥῆμα. περὶ πράγματος ἀλλοτρίου μὴ κάθισον, καὶ μετὰ ἁμαρτωλῶν μὴ συνέβρευε.
τέκνον μὴ περὶ πολλὰ ἔσωσαν αἱ πράξεις σου· ἐὰν δὲ πλουτήσῃς οὐκ ἀθῳωθήσῃ· καὶ ἐὰν διώκῃς ἃ μὴ καταλαλεῖς, καὶ ἐὰν μὴ ἐκφύγῃς διαβολήν.
ἔστι κοπιῶν καὶ πονῶν καὶ σπεύδων, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον ὑστερῶν.
ἔστι νωθρὸς προσδεόμενος βοηθείας πολλῆς, ὑστερῶν ἰσχύι καὶ περισσεύων πενίᾳ, καὶ ὀφθαλμὸς κυρίου ἐπέβλεψεν αὐτὸν εἰς ἀγαθά, καὶ ἀνώρθωσεν αὐτὸν ἐκ ταπεινώσεως αὐτοῦ.
καὶ ἀνύψωσε κεφαλὴν αὐτοῦ ἀπὸ σωτειχείας, καὶ ἐθαύμασαν ἐπ' αὐτῷ πολλοὶ θεωρήσαντες.
ἀγαθὰ καὶ κακά, ζωὴ καὶ θάνατος, πτωχεία καὶ πλοῦτος παρὰ κυρίου ἐστί.
σοφία καὶ ἐπιστήμη καὶ γνῶσις νόμου παρὰ κυρίου· ἀγάπησις καὶ ὁδοὶ καλῶν ἔργων παρ' αὐτοῦ εἰσι.
πλάνη καὶ σκότος ἁμαρτωλοῖς συνέκλεισαν, τοῖς δὲ γαυριῶσιν ἐπὶ κακὰ συνήθεια κακία.
δόσις κυρίου παραμένει εὐθέσι, καὶ ἡ εὐδοκία αὐτοῦ εὐοδοῖ εἰς τὸν αἰῶνα.
ἔστι πλουτῶν ἀπὸ περισκοπῆς καὶ συγκρίσεως αὐτοῦ, καὶ αὕτη ἡ μερὶς αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ εἰπεῖν αὐτόν· εὗρον ἀνάπαυσιν, καὶ νῦν φάγομαι ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν μου ἀδιαλείπτως· καὶ οὐκ οἶδε τίς καιρὸς παρελεύσεται αὐτόν, καὶ καταλείψει αὐτὰ ἑτέροις καὶ ἀποθανεῖται.
στῆθι ἐν διαθήκῃ σου καὶ ὁμίλει ἐν αὐτῇ, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις σου παλαιώθητι. μὴ θαύμαζε ἐν ἔργοις ἁμαρτωλοῦ, πίστευε δὲ κυρίῳ καὶ μεμενε τῷ πόνῳ σου.

Multi potentes inhonorati sunt valdè, & gloriosi traditi sunt in manus aliorũ.
Priusquam exquiras, ne accuses: intellige primùm, & tunc reprehende.
Priusquam audias ne respondeas, & in medio sermonum ne interijcias verbũ.
De re de qua non est ad te, ne certes, & in iudicio peccatorum ne præsideas.
Fili non erga multa sint actus tui; si enim repletus fueris, non eris innocens, & si secutus fueris, non apprehendes, & non effugies aufugiens. *Est laborans & operans, & festinans, & tanto magis eget.* *Est piger egens auxilio, deficiens virtute & abundans paupertate: & oculus Domini respexit illum in bona, & erexit eum de humilitate ipsius.*
Et exaltauit caput eius à contritione, & mirati sunt in illo multi qui viderunt.
Bona & mala, vita & mors, paupertas & diuitiæ, à Domino sunt.
Sapientia & scientia et cognitio legis à Domino: dilectio & viæ bonorum operum ab ipso sunt. *Error et tenebræ peccatoribus cõcreata sunt, at exultantibus in malis consenescit malitia.*
Datio Domini permanet religiosis, & beneplacitum eius prosperatur in seculum.
Est qui locupletatur ab attẽtione & parsimonia sua, & hæc pars eius à mercede illius, in eo quod dicit ipse,
Inuenì requiẽ, et nũc manducabo à bonis meis assidue. Et non nouit quòd tempus præteribit ipsum, & relinquet illa aliis & morietur.
Sta in testamento tuo et colloquere in illo, & in opere tuo veterasce. *Ne mireris in operibus peccatoris, confide autem in Domino, & permane in labore tuo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

* *Quoniam leue in oculis Domini velociter repentè ditare pauperem.*
* *Benedictio Domini in mercede pij, & in hora veloci germinat benedictionem eius.*
* *Ne dixeris, Quæ est mihi necessitas complacentiæ, & à quo ex nūc erunt mihi bona?*
* *Ne dicas, Sufficientia mihi sunt, & multa mihi quæ habeo, & quid ex nūc mali habebo in vita?*
* *In die bonorum obliuio malorum, & in die malorum non recordabitur honorum.*
* *Quoniā leue coram Domino in die obitus reddere homini secundùm opera eius.*
* *Malitia horæ obliuionem facit delitiarum, & consummationē hominis reuelatio operum illius.*
* *Ante mortem ne dicas beatum aliquem, & in filijs suis cognoscetur vir.*
* *Non omnē hominem inducas in domum tuam, multæ enim insidiæ diaboli.*
* *Perdix capta in cauea, sic cor superbi, & vt prospector ascendens ad casum.*
* *Nam bona in mala conuertens insidiatur, & in electis imponet maculam.*
* *Ab scintilla parua auget ur pruna, & homo peccator ad sanguinem insidiatur.*
* *Attende à malefactore, praua enim fabricat, ne fortè det tibi maculam in seculum.*
* *Inhabitare fac peregrinum, & peruertet te in turbatione, & abalienabit te à proprijs tuis.*

CAP. XII.

SI beneferis, scito cui facis, & erit gratia bonis tuis.
* *Benefac pio, & inuenies retributionem, & si non ab ipso, at ab Altissimo.*

* ὅτι κοῦφον ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου διὰ τάχους ἐξάπινα πλουτίσαι πένητα.
* εὐλογία κυρίου ἐν μισθῷ εὐσεβοῦς, καὶ ἐν ὥρᾳ ταχυνῇ ἀνατάλλει εὐλογίαν αὐτοῦ.
* μὴ εἴπῃς, τίς ἐστί μου χρεία ἀρεσκείας, & τίνι ἀπὸ τοῦ νῦν ἔσαι μοι τὰ ἀγαθά;
* μὴ εἴπῃς, αὐτάρκη μοι ἐστί, & πολλά μοι ἃ ἔχω, & τί ἀπὸ τοῦ νῦν κακωθήσομαι ἐν ζωῇ;
* ἐν ἡμέρᾳ ἀγαθῶν ἀμνησία κακῶν, καὶ ἐν ἡμέρᾳ κακῶν ἡ μνησθήσεται ἀγαθῶν.
* ὅτι κοῦφον ἔναντι κυρίου ἐν ἡμέρᾳ τελευτῆς ἀποδοῦναι ἀνθρώπῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.
* κάκωσις ὥρας ἐπιλησμονὴν ποιεῖ τρυφῆς, & συντέλειαν ἀνθρώπου ἀποκάλυψις ἔργων αὐτοῦ.
* πρὸ τελευτῆς μὴ μακάριζε μηδένα, καὶ ἐν τέκνοις αὐτοῦ γνωσθήσεται ἀνήρ.
* μὴ πάντα ἀνθρώπον εἴσαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, πολλὰ γὰρ τὰ ἔνεδρα τοῦ διαβόλου.
* περδὶξ ἐμβεβυσμένη ἐν καρταλλῳ, ἕτως καρδία ὑπερηφάνου, & ὡς κατάσκοπος ἐπιβλέπων ἐπὶ πτῶσιν.
* τὰ γὰρ ἀγαθὰ εἰς κακὰ μεταστρέφων ἐνεδρεύσει, & ἐν τοῖς αἱρετικοῖς ἐπιθήσει μῶμον.
* ἀπὸ σπινθῆρος μικροῦ πληθύνεται) ἀνθρακιὰ, καὶ ἀνθρωπος ἁμαρτωλὸς εἰς αἷμα ἐνεδρεύσει.
* φυλάσσεσο ἀπὸ κακούργου, πονηρὰ γὰρ τεκταίνεται), μήποτε δῶσί μωμον εἰς τὸν αἰῶνα.
* ἐνοίκιον ἀλλότριον & διαστρέψει σε ἐν ταραχῇ, καὶ ἀπαλλοτριώσει σε ἀπὸ τῶν ἰδίων σου.

ιβ'.

* Ἐὰν δῷ ποιῇς, γνῶθι τίνι ποιεῖς, καὶ ἔσαι χάρις τοῖς ἀγαθοῖς σου.
* δὸς ποίμνιον δυστεβῆ, καὶ εὑρήσεις ἀνταπόδομα, καὶ εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ παρὰ τοῦ ὑψίστου.

* Facile est enim in oculis Dei subitò honestare pauperem.
* Benedictio Dei in mercede iusti festinat, & in horore veloci processus illius fructificat.
* Ne dicas: Quid est mihi opus, & quæ erunt mihi ex hoc bona?
* Ne dicas, Sufficiens mihi sum, & qd ex hoc pessimabor?
* In die bonorum ne immemor sis malorum: & in die malorum ne immemor sis bonorum.
* Quoniam facile est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundū vias suas.
* Malitia horę obliuionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius.
* Ante mortem ne laudes hominē quenquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir.
* Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim sunt insidiæ dolosi.
* Sicut enim cruciatus perdix inducitur in caueam, & sicut caprea in laqueum; sic & cor superborū, & sicut prospector videns casum proximi sui.
* Bona enim in mala conuertens, insidiatur, & in electis imponet maculam.
* A scintilla enim vna augetur ignis, & ab vno dolioso augetur sanguis; homo vero peccator sanguini insidiatur.
* Attende tibi à pestifero, fabricat enim mala, ne forte imprimat tibi maculam in perpetuum.
* Admitte ad te alienigenā, & subuertet te in turbine, & abalienabit te à viis propriis.

CAPVT XII.

SI beneficeris, scito cui facis, & erit gratia in bonis tuis multa.
* Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam, & si non ab ipso, certè à Domino.

in conspectu regum: iussit illi ad populum suum, & ostendit illi gloriam suam.
4 ‡ *In fide & mansuetudi-*
ne eius sanctificauit eum. elegit eum ex omni carne.
5 ‡ *Audire fecit eum vocem*
suam, & induxit illũ in ca-
6 *liginem.* ‡ *Et dedit illi in*
conspectu præcepta, legem vitæ & scientiæ: docuit Iacob testamentum, & iudicia sua
7 *Israel.* ‡ *Aaron exaltauit*
Sanctum similem illi fratrem
8 *eius de tribu Leui.* ‡ *Sta-*
tuit ei testamentum seculi, et dedit illi sacerdotium populi. beatificauit illum in hone-
9 *state.* ‡ *Et circumcinxit*
eum vestimento gloriæ. induit eum consummatione gloriationis, & firmauit eum in vasis virtutis;
10 ‡ *Femoralia & vestem*
talarem & humerale.
11 ‡ *Et circumdauit eũ sphæ-*
rulis: aureis tintinabulis plurimis in circuitu, ad sonandum vocem in gradibus suis: audibilem facere sonum in templo, & in memoriam filiis populi sui.
12 ‡ *Stola sancta auro & hya-*
cintho & purpura opere polymitarij: rationalis iudicij signis veritatis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

‡ Retorto cocco opere artificiꝰ: lapidibus pretiosis sculpturis signaculi, in ligatura auri opere lapidarij. in memoriam scriptam sculpta secundum numerum filiorum Israel.

‡ Coronam auream super mitram, sculpturam signaculi sanctitatis, gloriationem honoris opera virtutis. concupiscentias oculorum ornata pulchra.

‡ Ante eum non fuerunt talia, & vsque in seculum.

‡ Non indutus est alienigena, præter filios eius solum, & nepotes eius semper.

‡ Sacrificia illorum tota offerentur quotidie assiduè bis. ‡ Repleuit Moyses manus eius, & vnxit illũ oleo sancto.

‡ Factum est illi in testamentũ seculi, & semini eius in die cæli: ad ministrandum ei simul, & sacerdotio fungendum, & benedicendum populo in nomine suo.

‡ Elegit eum ab omni viuente, ad offerendam libationem Domino: incensum & bonum odorem in memoriam ad placandum pro populo.

‡ Dedit illi mandata eius potestatem in testamentis iudiciorum: ad docendũ Iacob testimonia, & in lege sua ad illuminandum Israel.

‡ Conspirarunt in eum alieni, & zelauerunt eum in deserto: viri qui circa Dathan & Abiron, & congregatio Core in furore & ira.

‡ Vidit Dominus, & non probauit, & consummati sunt in furore iræ.

‡ Fecit in illis monstra ad consumendum in igne flammæ eos. ‡ Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hæreditatẽ: primitias primogenitorũ diuisit illi. ‡ Panẽ in primis parauit in satietate, et enim sacrificia Domini edent, quæ dedit illi & semini eius.

‡ κεκλωσμένῳ κόκκῳ ἔργῳ τεχνίτου· λίθοις πολυτελέσι γλύμμασι σφραγίδος, ἐν δέσει χρυσίου ἔργῳ λιθουργοῦ· εἰς μνημόσυνον ἐγγραφῆ κεκολαμμένη κατὰ ἀριθμὸν υἱῶν Ισραήλ.

‡ στέφανον χρυσοῦν ἐπάνω κιδάρεως, ἐκτύπωμα σφραγίδος ἁγιάσματος· καύχημα τιμῆς ἔργα ἰσχύος· ἐπιθυμήματα ὀφθαλμῶν κοσμούμενα ὡραῖα.

‡ ἀπὸ αὐτοῦ ὃ γέγονε τοιαῦτα, ἕως αἰῶνος, ‡ οὐκ ἐδύσατο ἀλλογενὴς· πλὴν τῶν υἱῶν αὐτοῦ μόνον, καὶ τὰ ἔγγονα αὐτοῦ διαπαντός.

‡ θυσίαι αὐτοῦ ὁλοκαρπωθήσονται καθημέρᾳ δυσὶν ἐνδελεχῶς ὅλης.

‡ ἐπλήρωσε μωσῆς τὰς χεῖρας αὐτοῦ καὶ ἔχρισεν αὐτὸν ἐλαίῳ ἁγίῳ.

‡ ἐγένηθη αὐτῷ εἰς διαθήκην αἰῶνος, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ οὐρανοῦ. λειτουργεῖν αὐτῷ ἅμα καὶ ἱερατεύειν, καὶ εὐλογεῖν τὸν λαὸν ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

‡ ἐξελέξατο αὐτὸν ἀπὸ πάσης ζώσης προσαγαγεῖν καρπωσιν κυρίῳ. θυμίαμα καὶ εὐωδίαν εἰς μνημόσυνον ἐξιλάσκεσθαι περὶ τοῦ λαοῦ.

‡ ἔδωκεν αὐτῷ ἐντολὰς αὐτοῦ ἐξουσίαν ἐν διαθήκαις κεκμάτων. διδάξαι τὸν ἰακὼβ τὰ μαρτύρια, καὶ ἐν νόμῳ αὐτοῦ φωτίσαι τὸν ἰσραήλ.

‡ ἠπιωμέσησαν αὐτῷ ἀλλότριοι, καὶ ἐζήλωσαν αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἄνδρες οἱ περὶ δαθὰν καὶ ἀβειρών, καὶ συναγωγὴ κορὲ ἐν θυμῷ ὀργῆς.

‡ εἶδε κύριος καὶ οὐκ ἠδόκησε, καὶ συνετελέσθησαν ἐν θυμῷ ὀργῆς.

‡ ἐποίησεν ἐν αὐτοῖς τέρατα καταναλῶσαι ἐν πυρὶ φλογὸς αὐτῶν.

‡ καὶ προσέθηκεν ἀαρὼν δόξαν, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν. ἀπαρχὴν πρωτογενημάτων ἐμέρισεν αὐτῷ.

‡ ἄρτον ἐν πρώτοις ἡτοίμασεν ἐν πλησμονῇ, καὶ γὰρ θυσίας κυρίου φάγωνται, ἃς ἔδωκεν αὐτῷ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ.

‡ Torto cocco opus artificis, gemmis pretiosis figuratis in ligatura auri, & opere lapidarij sculptis in memoriam, secundum numerum tribuum Israel.

‡ Corona aurea super mitram eius, expressa signo sanctitatis gloria honoris, & opus virtutis, desiderio oculorum ornata. ‡ Sic pulchra antè ipsum non fuerunt talia, vllus ad originem.

‡ Non est indutus illa alienigena aliquis, sed tantùm filij ipsius soli, & nepotes eius per omne tempus.

‡ Sacrificia ipsius consummata sunt igni quotidie.

‡ Compleuit Moyses manus eius, & vnxit illum oleo sancto. ‡ Factum est illi in testamentum æternum, & semini eius sicut dies cæli: ministrare sacerdotio & habere laudem, & glorificare populum suum in nomine suo.

‡ Ipsum elegit ab omni viuente, offerre sacrificium Deo incensum, & bonum odorem in memoriam placare pro populo suo. ‡ Et dedit illi in præceptis suis potestatem, & testamentis iudiciorum, docere Iacob testimonia, & in lege sua lucem dare Israel.

‡ Quia contra illum steterũt alieni, & propter inuidiam circundederunt illum homines in deserto, qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio Chore in iracundia.

‡ Vidit Dominus Deus, & non placuit illi, & consumpti sunt in impetu iracundiæ.

‡ Fecit illis monstra, & consumpsit illos in flamma ignis.

‡ Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hæreditatem, & primitias frugum terræ diuisit illi.

‡ Panem ipsius in primis parauit in satietatem; nam & sacrificia Domini edent, quæ dedit illi & semini eius.

‡ Cæterùm inter gentes non hæreditabit, & pars non est illi in gente: ipse est enim pars eius & hæreditas.

‡ Phinees filius Eleazari, tertius in gloria imitando eum in timore Domini,

Num.25.c. ‡ Et stare in reuerentia gentis, in bonitate & alacritate animæ suæ placuit Deo Israel.

‡ Ideò statuit illi testamentum pacis, & principem Sanctorum & gentis suæ, vt sit illi & semini eius sacerdotij dignitas in æternum.

‡ Et testamentũ Dauid regi filio Iesse de tribu Iuda, hæreditas ipsi & semini eius; vt daret sapientiam in cor nostrum iudicare gentem suam in iustitia, ne abolerentur bona ipsorum, & gloriam ipsorum in gentem eorum æternam fecit.

CAP. XLVI.

FOrtis in bello Iesus Naue ‡ successor Moysi in Prophetis:

‡ Qui fuit magnus secundum nomen tuum, maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes: vt consequeretur hereditatem Israel.

‡ Quam gloriam adeptus est in tollendo manus suas, & iactando cõtra ciuitates romphæas.

Iosue.c. ‡ Quis ante illum sic restitit? nam hostes ipse Dominus percussit.

‡ Aut non in iracundia eius impeditus est Sol, & vna dies facta est quasi duo.

‡ Inuocauit Altissimum potentem in oppugnando inimicos vndique, & audiuit illum magnus & sanctus Deus in saxis grandinis virtutis valde fortis.

‡ Impetum fecit contra gẽtem hostilem, & in descensu perdidit contrarios:

‡ πλὴν ἐν γῇ λαοῦ κληρονομήσει, καὶ μερὶς οὐκ ἔστιν αὐτῷ ἐν λαῷ αὐτοῦ· ὅτι αὐτὸς κληρονομία αὐτοῦ.

‡ καὶ φινεες υἱὸς ἐλεάζαρ τρίτος ἐν δόξῃ· ἐν τῷ ζηλῶσαι αὐτὸν ἐν φόβῳ κυρίου·

‡ καὶ στῆναι αὐτὸν ἐν πτοίᾳ λαοῦ. ἐν ἀγαθότητι ψυχῆς αὐτοῦ καὶ ἐξιλάσατο περὶ ἰσραήλ. ‡ διὰ τοῦτο ἔστη αὐτῷ διαθήκη εἰρήνης ἡγεμόνα ἁγίων καὶ λαοῦ αὐτοῦ. ἵνα αὐτῷ ᾖ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ ἱερωσύνης μεγαλεῖον εἰς τὸν αἰῶνα.

‡ καὶ διαθήκη τῷ δαυὶδ υἱὸν ἐκ φυλῆς ἰούδα· κληρονομία βασιλέως υἱοῦ ἐξ υἱοῦ μόνη, κληρονομία ἀαρὼν καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ. δῴη ὑμῖν σοφίαν ἐν καρδίᾳ ὑμῶν κρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν δικαιοσύνῃ· ἵνα μὴ ἀφανισθῇ τὰ ἀγαθὰ αὐτῶν, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ εἰς γενεὰς αὐτῶν.

μσ'.

‡ Κραταιὸς ἐν πολέμῳ ἰησοῦς ὁ τοῦ ναυῆ καὶ διάδοχος μωσῆ ἐν προφητείαις.

‡ ὃς ἐγένετο κατὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μέγας ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐκλεκτῶν αὐτοῦ. ἐκδικῆσαι ἐπεγειρομένους ἐχθρούς, ὅπως καταχληρονομήσῃ τὸν ἰσραήλ.

‡ ὡς ἐδοξάσθη ἐν τῷ ἐπᾶραι χεῖρας αὐτοῦ καὶ ἐν τῷ ἐκτεῖναι ῥομφαίαν ἐπὶ πόλεις.

‡ τίς πρότερος αὐτοῦ οὕτως ἔστη, ὅτι αὐτὸς πολέμους κυρίου αὐτὸς ἐπήγαγε.

‡ ἠχὶ ἐν χειρὶ αὐτοῦ ἀνεπόδισεν ὁ ἥλιος καὶ μία ἡμέρα ἐγενήθη ὡσεὶ δύο;

‡ ἐπεκαλέσατο τὸν ὕψιστον δυνάστην, ἐν τῷ θλίψαι αὐτὸν ἐχθροὺς κυκλόθεν. καὶ ἐπήκουσεν αὐτοῦ μέγας κύριος ἐν λίθοις χαλάζης δυνάμεως κραταιᾶς. ‡ κατέρραξεν ἐπὶ ἔθνη πόλεμον, ἐν καταβάσει ἀπώλεσεν δίκης πικρᾶς.

‡ Cæterùm in terra populi non hæreditabit, & pars nõ est illi in populo. Ipse enim pars eius hæreditatis.

‡ Et Phinees filius Eleazar tertius in gloriam, in imitando eum in timore Domini;

‡ Et stauendo eũ in conuersione populi. In bonitate promptitudinis animæ suæ, & placuit pro Israel.

‡ Ideo statuit illi testamentum pacis præsidem sanctorũ & populo suo: vt ille sit & semini eius sacerdotij magnificentia in seculum.

‡ Et testamentum Dauid filio de tribu Iuda hæreditas regis filij de filio solo, hæreditas Aaron & semini eius. Det vobis sapientiam in corde vestro ad iudicandum populum suum in iustitia: ne aboleantur bona ipsorum, et gloriam eius in generationes eorum.

CAP. XLVI.

1 FOrtis in bello Iesus filius Naue, & successor Moysi in prophetijs:

2 ‡ Qui fuit secundum nomen suum magnus in saluatione electorum eius: ad vindicandum insurgentes hostes, vt hereditaret Israel.

3 ‡ Quàm glorificatus est in extollendo manus suas, & in extendendo romphæam in ciuitates.

4 ‡ Quis prior eo sic stetit, nam bella Domini ipse adduxit.

5 ‡ Nonne in manu eius regressus est Sol, & vna dies facta est quasi duæ?

6 ‡ Inuocauit Altissimum potentem, in premendo ipse inimicos in circuitu. & audiuit eũ magnus Dominus in lapidibus grandinis virtutis fortis.

7 ‡ Disrupit in gentes bellum, & in descensu perdidit contrarios.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[8] ἵνα γνῶσιν ἔθνη πανοπλίαν αὐτῶν, ὅτι ἐναντίον κυρίου ὁ πόλεμος αὐτῶν. καὶ ὀπίσω ἐδιώκησε.

[9] καὶ ἐν ἡμέρᾳ μωσέως ἐποίησεν ἔλεος αὐτὸς καὶ χάλεβ υἱὸς ἰεφόνη ἀνθίστησαν ἐναντίον ἐκκλησίας, κωλύσαι λαὸν ἀπὸ ἁμαρτίας, καὶ κοπάσαι γογγυσμὸν πονηρίας.

[10] καὶ αὐτοὶ δύο ὄντες διεσώθησαν ἀπὸ ἑξακοσίων χιλιάδων πεζῶν. εἰσαγαγεῖν αὐτοὺς εἰς κληρονομίαν, εἰς γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι.

[11] καὶ ἔδωκεν ὁ κύριος τῷ χάλεβ ἰσχύν, καὶ ἕως γήρους διέμεινεν αὐτῷ, καὶ ἐπιβῆναι αὐτὸν ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς γῆς, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ κατέσχε κληρονομίαν.

[12] ὅπως ἴδωσι πάντες οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ, ὅτι καλὸν τὸ πορεύεσθαι ὀπίσω τοῦ κυρίου.

[13] καὶ οἷς κεῖται ἕκαστος τῷ αὐτοῦ ὀνόματι,

[14] ὅσων οὐκ ἐξεπορεύθησεν ἡ καρδία, καὶ οἵτινες οὐκ ἀπεστράφησαν ἀπὸ κυρίου, καὶ τὸ μνημόσυνον αὐτῶν ἐν εὐλογίαις.

[15] τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἀναθάλοι ἐπὶ τοῦ τόπου αὐτῶν, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῶν ἀποκαλλασόμενον ἐν υἱοῖς δεδοξασμένων αὐτῶν.

[16] ἠγαπημένος ὑπὸ κυρίου αὐτοῦ σαμουὴλ, προφήτης κυρίου κατέστησε βασιλείας, καὶ ἔχρισεν ἄρχοντας ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ.

[17] ἐν νόμῳ κυρίου ἔκρινε συναγωγὴν, καὶ ἐπεσκέψατο κύριον τὸν ἰακὼβ. ἐν πίστει αὐτοῦ ἠληθεύθη προφήτης.

[18] καὶ ἐγνώσθη ἐν ῥήμασι αὐτοῦ.

[19] καὶ ἐπεκαλέσατο τὸν κύριον δυνάσην, ἐν τῷ θλίψαι αὐτὸν ἐχθροὺς αὐτοῦ κυκλόθεν, ἐν προσφορᾷ ἀρνὸς γαλαθηνοῦ.

[20] καὶ ἐβρόντησεν ἀπ' οὐρανοῦ ὁ κύριος. καὶ ἐν ἤχῳ μεγάλῳ βρονταῖς ἀκουστὸν ἐποίησε τὴν φωνὴν αὐτοῦ.

[8] Vt cognoscant gentes armaturam eorum, quia contra Dominum bellum eius. Et enim insecutus est à tergo potentis.

[9] Et in die Moysi fecit misericordiam; ipse & Chaleb filius Hiephone ad resistendū contra congregationem: ad prohibendum populum à peccato, & cessare faciendum murmur malitiæ.

[10] Et ipsi duo existentes liberati sunt à sexcentis millibus peditum: ad inducēdum illos in hæreditatem, in terram manantē lāctē & melle.

[11] Et dedit Dominus Chaleb fortitudinem, & vsque in senectutem permansit ei, & vt ascenderet ipse in altitudinem terræ, & semen ipsius obtinuit hæreditatem.

[12] Vt viderent omnes filij Israel, quia bonum ambulare post Dominum.

[13] Et iudices singuli suo nomine.

[14] Quorum non fornicatiū est cor, & quicunque non auersi sunt à Domino. & memoria eorum in benedictionibus.

[15] Ossa eorum pullulent in loco suo, & nomen eorū commutatum in filiis glorificatorum eorum.

[16] Dilectus à Domino suo Samuel, propheta Domini cōstituit regna, & vnxit principes in populum suum.

[17] In lege Domini iudicauit congregationem, & visitauit Dominus Iacob. In fide sua examinatus est propheta.

[18] Et cognitus est in verbo suo.

[19] Et inuocauit Dominum potentem, in premendo ipse hostes suos vndique, in oblatione viri lactē nutriti.

[20] Et tonuit de cælo Dominus. Et in sono magno tonitrui auditam fecit vocem suam.

[8] Vt cognoscant gentes potentiam eius, quia cōtra Deū pugnare non est facile, & fecutus est à tergo potentes.

[9] Et in diebus Moysi misericordiam fecit ipse, & Caleb filius Iephone, stare contra hostem, & prohibere gentem à peccatis, & perfringere murmur malitiæ.

[10] Et ipsi duo constituti à periculo liberati sunt, à numero sexcentorum millium pedites, inducere illos in hæreditatem in terram quæ manat lac & mel.

[11] Et dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem, & vsque in senectutem permansit illi vigor, vt ascenderet in excelsum terræ locum, & semen ipsius obtinuit hæreditatem.

[12] Et viderunt omnes filij Israel, quia bonum est obsequi sancto Deo.

[13] Et iudices singuli suo nomine:

[14] Quorum non est corruptum cor, qui non auersi sunt à Domino, vt sit memoria illorum in benedictione.

[15] Et ossa eorum pullulent de loco suo, & nomen eorum permanet in æternum, permanente ad filios illorū laudatorum virorum gloria.

[16] Dilectus à Domino Deo suo Samuel propheta Domini, renouauit imperium, & vnxit principes in gente sua.

[17] In lege Domini congregationem iudicauit, & visitatus est propheta Deū Iacob, & in fidelitate sua probatus est propheta.

[18] Et cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit Deum lucis.

[19] Et inuocauit Dominum omnipotentem in oppugnando hostes, circumstantes vndique in oblatione viri lactē nutriti.

[20] Et intonuit de cælo Dominus, & in sonitu magno auditam fecit vocem suam

[21] Et contriuit principes Tyrorum, & omnes duces Philisthiim. [22] Et ante tempus finis vitæ & sæculi testimoniū præbuit in conspectu Domini & Christi: pecunias & vsque ad calciamenta ab omni carne non accepit: & non accusauit illum homo.

[23] Et post hæc dormiuit, & votum fecit regi, & ostendit illi finem vitæ suę, & exaltauit vocē eius de terra in prophetia delere impietatem gentis.

CAP. XLVII.

POst hæc surrexit Nathan propheta in diebus Dauid. A [2] Et quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à filiis Israel.

[3] Cum leonibus lusit quasi qui cum agnis: & in vrsis similiter fecit, sicut in agnis ouium.

[4] In iuuentute sua nunquid non occidit gigantem, & abstulit opprobrium de gente?

[5] In tollendo manum in saxo fundæ deiecit exultationem Goliæ.

[6] Vbi non inuocauit Deum omnipotentem: & dedit in dextera eius tollere hominem forté in bello, & exaltare cornu gentis suæ.

[7] Sic in decē millibus glorificauit eum, & laudauit eum in benedictionibus Domini, in offerēdo illi coronam gloriæ.

[8] Contriuit enim inimicos vndique, & extirpauit Philisthiim contrarios, vsque in hodiernum diem: contriuit cornu ipsorum vsque in æternū. B

[9] In omni opere dedit confessionem Sancto, & Excelso in verbo gloriæ.

[10] De omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit eum qui fecit illum, & dedit illi contra inimicos potētiam.

[11] Et stare fecit cantores cōtra altare, & in sono eorum dulces fecit modos.

ECCLESIASTIC.

[21] καὶ ἐξέτριψεν ἡγεμόνας τυρίων, καὶ πάντας ἄρχοντας φυλιστιείμ.

[22] καὶ πρὸ καιροῦ κοιμήσεως αὐτοῦ ἐπεμαρτύρατο ἐναντίον κυρίου καὶ χριστοῦ αὐτοῦ. χρήματα καὶ ἕως ὑποδημάτων οὐκ ἔλαβε παρὰ σαρκὸς οὐκ εἴληφε. καὶ οὐκ ἐνεκάλεσεν αὐτῷ ἄνθρωπος.

[23] καὶ μετὰ τὸ κοιμῆσαι αὐτὸν προεφήτευσε, καὶ ὑπέδειξε βασιλεῖ τὸ τελευτῆσαι αὐτόν, καὶ ἐξῦψωσεν ἐκ γῆς τὴν φωνὴν αὐτοῦ, ἐν προφητείᾳ ἐξαλεῖψαι ἀνομίαν λαοῦ.

μζ.

[1] Καὶ μετὰ τοῦτο ἀνέστη ναθαν ὁ προφήτης ἐν ἡμέραις δαυίδ,

[2] ὡσεὶ στέαρ ἀφωρισμένον ἀπὸ σωτηρίας, οὕτως δαυὶδ ἀπὸ υἱῶν ἰσραήλ.

[3] σὺ λέοντι ἐπεξεκύκησε ὡς σὺ ἐριφοις καὶ σὺ ἄρκοις, ὡς σὺ ἀρνάσι προβάτων.

[4] σὺ νεότητι αὐτοῦ ἀπέκτεινε γίγαντα, καὶ ἔξηρεν ὀνειδισμὸν ἐν λαοῦ.

[5] καὶ σὺ τῷ ἐπάραι χεῖρα σὺν λίθῳ σφενδόνης καταβαλεῖν γαυσίαμα τοῦ γολιάθ.

[6] ἐπεκαλέσατο τὸν κύριον ὕψιστον, καὶ ἔδωκεν σὺ τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ κράτος ἄνδρα δυνατὸν ἐν πολέμῳ, αὐτὸν ὑψῶσαι κέρας λαοῦ αὐτοῦ.

[7] ὕτως ἐν μυριάσιν ἐδόξασεν αὐτὸν καὶ ἤνεσεν αὐτὸν ἐν εὐλογίαις κυρίου· τὸ φέρεσθαι αὐτῷ διάδημα δόξης.

[8] ἐξέτριψεν ἐχθρὰς κυκλόθεν, καὶ ἐξεδένωσε φυλιστιείμ τοὺς ὑπεναντίους. ἕως σήμερον συνέτριψεν αὐτῶν κέρας,

[9] ἐν παντὶ ἔργῳ αὐτοῦ ἔδωκεν ἐξομολόγησιν. ἁγίῳ ὑψίστῳ ῥήματι δόξης,

[10] ἐν πάσῃ καρδίᾳ αὐτοῦ ὕμνησε, καὶ ἠγάπησε τὸν ποιήσαντα αὐτόν.

[11] καὶ ἔστησε ψαλμῳδοὺς κατέναντι θυσιαστηρίου, καὶ ἐξ ἤχους αὐτῶν γλυκαίνειν μέλη, καὶ καθ' ἡμέραν αἰνεῖσθαι ἐν ᾠδαῖς αὐτοῦ.

[21] Et contriuit duces Tyriorum & omnes principes Philistiim.

[22] Et ante tempus dormitionis sęculi testimoniū perhibuit in conspectu Domini & Christi sui. Pecunias & vsque ad calciamenta ab omni carne non accepi. et non accusauit illum homo.

[23] Et postquam dormiuit ipse prophetauit, & ostendit regi finem eius, & exaltauit de terra vocem suam, in propheta ad delendum iniquitatem populi.

CAP. XLVII.

[1] ET post hoc surrexit Nathan propheta in diebus [2] Dauid, Stent adeps separatus à salutari, sic Dauid à filijs Israel. [3] In leonibus familiariter egit quasi in hædis & in vrsis, sicut in agnis ouium.

[4] In iuuentute sua occidit gigantem, & abstulit opprobrium de populo.

[5] Et in tollendo manum in lapide fundæ, vt deijceret superbiam Goliath.

[6] Inuocauit enim Dominū altissimum, & dedit in dextera eius robur ad occidendum hominem potentem in bello, vt exaltet cornu populi sui.

[7] Sic in decē millibus glorificauit eum, & laudauit illum in benedictionibus Domini: in afferendo illi diadema gloriæ. Contriuit inimicos in circuitu, & destruxit Philistijm aduersarios: vsque hodie contriuit eorum cornu,

[9] In omni opere suo dedit confessionem, Sancto excelso verbo gloriæ,

[10] In omni corde suo laudauit, et dilexit eum qui fecit illum.

[11] Et constituit cantores contra altare, & ex sono eius dulces facere modos, et quotidie laudabunt in canticis suis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Dedit in festiuitatibus decentiam, & ornauit tempora vsque ad consummationem: in laudando ipsos sanctum eius nomen, & à mane sonando sanctitatem eius.
* Dominus abstulit peccata ipsius, & exaltauit in secula cornu eius. Et dedit illi testamentũ regni & sedem gloriæ in Israel.
* Post hunc surrexit filius sapiens, & propter illum habitauit in latitudine.
* Salomon regnauit in diebus pacis, & glorificatus est, quoniã Deus pacauit in circuitu suo. Vt statueret domum in nomine eius, & pararet sanctitatem in seculũ. quia sapiens fuit in iuuentute sua. * Et impletus est quasi flumen intellectu. terram texit anima tua omnem.
* Et repleuit parabolis ænigmatum. * In insulas longe abijt nomen tuum, & dilexit in pace tua.
* In canticis & prouerbijs & parabolis, & interpretationibus admiratæ sunt regiones. * In nomine Domini Dei omnis terræ qui cognominatus est tuus Deus Israel. * Congregasti quasi stannum aurum & vt plumbum multiplicasti argentum. Inclinasti viscera tua mulieribus.
* Et potestatem habuisti in corpore tuo.
* Dedisti maculam in gloria tua, & prophanasti semẽ tuum, vt induceres iram in filios tuos, & compungereris in stultitia tua. Vt fieres sine imperio, & ex Ephraim imperares imperium inobediens.
* At Dominus non derelinquet misericordiam suam, & non corrumpetur ab operibus suis.
* Neque delebit electi sui nepotes, & semen eius qui dilexit se, non tollet.

* ἔδωκεν ἐν ταῖς ἑορταῖς διαπρέπειαν, καὶ ὑπόμησε καιρὸς μέχρι συντελείας· ἐν τῷ αἰνεῖν αὐτὸς τὸ ἅγιον αὐτοῦ ὄνομα, καὶ ὑπὸ πρωΐας ἠχεῖν τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ.
* κύριος ἀφεῖλε τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ, καὶ ὑψώσεν εἰς αἰῶνας τὸ κέρας αὐτοῦ. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ διαθήκην βασιλείας καὶ θρόνον δόξης ἐν τῷ Ισραήλ.
* μετὰ τοῦτον ἀνέστη υἱὸς σοφὸς, καὶ διʼ αὐτὸν κατέλυσεν ἐν πλατυσμῷ. * Σολομὼν ἐβασίλευσεν ἐν ἡμέραις εἰρήνης, καὶ ἐδοξάσθη, ὡς ὁ θεὸς κατέπαυσε κυκλόθεν αὐτοῦ. ἵνα στήσῃ οἶκον ἐπʼ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ ἑτοιμάσῃ ἁγίασμα εἰς τὸν αἰῶνα· ὡς ἐσοφίσθη ἐν νεότητι αὐτοῦ.
* καὶ ἐνεπλήσθη ὡς ποταμὸς συνέσεως. γῆν ἐπεκάλυψεν ἡ ψυχὴ σου πᾶσαν.
* καὶ ἐνέπλησε παραβολαῖς αἰνιγμάτων. * εἰς νήσους πόρρω ἀφίκετο τὸ ὄνομά σου, καὶ ἠγάπησεν ἐν τῇ εἰρήνῃ σου.
* ἐν ᾠδαῖς καὶ παροιμίαις καὶ παραβολαῖς καὶ ἑρμηνείαις ἀπεθαύμασαν αἱ χῶραι.
* ἐν ὀνόματι κυρίου θεοῦ παντὸς τοῦ καλεσαμένου σου θεοῦ Ισραήλ.
* συνήγαγες ὡς κασσίτερον τὸ χρυσίον καὶ ὡς μόλυβον ἐπλήθυνας τὸ ἀργύριον. παρενέκλινας τὰ σπλάγχνα σου γυναιξί.
* καὶ ἐνεξουσιάσθης ἐν τῷ σώματί σου.
* ἔδωκας μῶμον ἐν τῇ δόξῃ σου, καὶ ἐβεβήλωσας τὸ σπέρμα σου, ἐπαγαγεῖν ὀργὴν ἐπὶ τὰ τέκνα σου, καὶ καταυνῶσαι ἐπὶ τῇ ἀφροσύνῃ σου. γνῶσθαι δίχα τυραννίδος, καὶ ἐξ ἐφραὶμ ἄρξαι βασιλείαν ἀπειθῆ.
* ὁ δὲ κύριος οὐ μὴ καταλίπῃ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ διαφθαρῇ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ.
* οὐ μὴ ἐξαλείψῃ ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἔγγονα, καὶ σπέρμα τοῦ ἀγαπήσαντος αὐτὸν οὐ μὴ ἐξάρῃ.

* Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora vsque in consummationem vitæ, vt laudarent nomen sanctum Domini, & amplificarent manè Dei sanctitatem. * Christus purgauit peccata ipsius, & exaltauit in æternum cornu eius: & dedit illi testamentum regni, & sedem gloriæ in Israel.
* Post hunc surrexit filius sensatus, & propter illũ dereliquit omnẽ potentiam inimicorum. * Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit Deus omnes hostes, vt conderet domũ in suo nomine, & pararet sanctitatem in sempiternum, quemadmodum eruditus est in iuuentute sua.
* Et impletus est quasi flumen sapientiæ, & terram texit anima sua.
* Et replesti in comparationibus ænigmata.
* Ad insulas longè diuulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua.
* In cantilenis & prouerbiis & comparationibus, & interpretationibus miratæ sunt regiones.
* Et in nomine Domini Dei, cui est cognomen Deus Israel.
* Collegisti quasi aurichalcum aurum, & vt plumbum complesti argentum, & inclinasti femora tua mulieribus.
* Potestatem habuisti in corpore tuo.
* Dedisti maculam in gloria tua, & prophanasti semen tuum inducere iracundiam super liberos tuos, & in cęteris flagitiã tuam, vt faceres imperium bipartitũ, & ex Ephraim imperare imperium datum.
* Deus autem non derelinquet misericordiam suam, & nõ corrũpet, nec delebit opera sua:
* Neque perdet à stirpe electos eius, & semen eius qui diligit Dominum, non corrumpet.

* Dedit autem reliquum Iacob & Dauid de ipsa stirpe.
* Et finem habuit Salomon cum patribus suis.
* Et dereliquit post se de semine suo gentis stultitiam, & imminutum à prudentia Roboam, qui auertit gentem cõsilio suo. * Et Hieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israel, & dedit viam peccandi Ephraim, & plurima redundauerunt peccata ipsorum.
* Valde enim auerterunt illos à terra sua. * Et quæsiuit omnes nequitias, vsque dum peruenirent ad illos defensio, & ab omnibus peccatis liberauit eos.

CAP. XLVIII.

ET surrexit Helias propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.
* Qui induxit in illos famem, & imitantes illum inuidia sua, pauci facti sunt: non enim poterant sustinere præcepta Domini.
* Verbo Domini continuit cælum, & deiecit à se ignem terræ: sic amplificatus est Helias in mirabilibus suis.
* Et quis potest Israel gloriari tibi? * Qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei.
* Qui deiecisti reges ad perniciem, & confregisti facilem potentiam ipsorum, & gloriosos de lecto suo.
* Qui audis in Sina iudiciũ, & in Oreb iudicia defensionis.
* Qui vngis reges ad pœnitentiam, & prophetas facis successores post te. * Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorũ igneorũ: * Qui inscriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam Dñi, cõciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob.
* Beati sunt qui te viderũt, & in amicitia tua decorati sunt.
* Nam nos vita viuimus tãtum; post mortem autẽ non erit tale nomen nostrum.

ECCLESIASTIC.

* Τῷ ἰακὼβ ἔδωκε καταλειμμα, καὶ τῷ δαυὶδ ἐξ αὐτοῦ ῥίζαν.
* καὶ ἀνεπαύσατο Σολομὼν μετὰ τῶν πατέρων.
* καὶ κατέλιπε μετʼ αὐτὸν ὑπὸ τὸ σπέρμα αὐτοῦ· λαοῦ ἀφρασύνην καὶ ἐλαττόμβρον σωτῆρα, ῥοβοὰμ ὃς ἀπέστησε λαὸν ἐν βουλῇ αὐτοῦ.
* καὶ ἱεροβοὰμ υἱὸς ναβὰτ, ὃς ἐξήμαρτε τὸν ἰσραήλ. καὶ ἔδωκε τὴν ἔφραιμ ὁδὸν ἁμαρτίας, καὶ ἐπληθύνθησαν αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν σφόδρα.
* ἀπεπήδησαν αὐτοὶ ὑπὸ τὴν γῆν.
* ἕως ὀργὴ καὶ ἐκδίκησις ἐλθὴ ἐπʼ αὐτούς.

μή.

* Καὶ ἀνέστη ἠλίας προφήτης ὡς πῦρ, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ ὡς λαμπὰς ἐκαίετο.
* ὃς ἐπήγαγε λιμὸν ἐπʼ αὐτοὺς καὶ ἐν ζήλῳ αὐτοῦ ὠλιγοστοὺς αὐτούς.
* ἐν λόγῳ κυρίου ἔκλεισε τὸν οὐρανόν, καὶ κατήγαγε τρὶς πῦρ ἐξ ὕψους· ὡς ἐδοξάσθης ἠλία ἐν τοῖς θαυμασίοις σου.
* καὶ τίς ὅμοιός σοι καυχᾶσθαι; * ὁ ἐγείρας νεκρὸν ἐκ θανάτου, καὶ ἐξ ἅδου ψυχὴν ἐν λόγῳ ὑψίστου.
* καταβὰς βασιλεῖς εἰς ἀπώλειαν, καὶ δεδοξασμένους ὑπὸ κλίνης αὐτῶν.
* ὁ ἀκούων ἐν σιὰ ἔλεγμον κυρίου, καὶ ἐν χωρὴβ κρίματα ἐκδικήσεως.
* ὁ χρίων βασιλεῖς εἰς ἀνταπόδομα, καὶ προφήτας διάδοχους μετʼ αὐτόν.
* ὁ ἀναληφθεὶς ἐν λαίλαπι πυρὸς ἐν ἅρματι ἵππων πυρίνων.
* ὁ καταγεγραμμένος ἐλεγμοῖς εἰς καιροὺς κοπάσαι ὀργὴν κρίσεως κυρίου πρὸ θυμοῦ· ἐπιστρέψαι καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ καταστῆσαι φυλὰς ἰακώβ.
* μακάριοι οἱ ἰδόντες σε, καὶ οἱ ἐν ἀγαπήσει κεκοιμημένοι.
* καὶ ἡμεῖς ζωῇ ζησόμεθα.

* Et ipsi Iacob dedit reliquum, & Dauid ex ipso radicem. * Et requieuit Salomon cum patribus,
* Et reliquit post se de semine suo, populi stultitiam & diminutũ intellectu, Roboam, qui auertit populum de consilio suo.
* Et Hieroboam filius Nabat, qui peccare fecit Israel: & dedit Ephraim viam peccati, et multiplicata sunt peccata eorum valde:
* Vt auerteret eos à terra:
* Dum ira & vindicta veniat super eos.

CAP. XLVIII.

ET surrexit Elias propheta quasi ignis, & verbũ ipsius quasi fax ardebat.
* Qui induxit in illos famem fortem, & zelo suo diminuit eos.
* In verbo Domini sustinuit cælum, & deduxit ter ignem de cælo. quàm glorificatus fuisti Elia in mirabilibus tuis. * Et quis similis tibi vt glorietur?
* Qui suscitasti mortuum à morte, & ab inferis animam in verbo Altissimi.
* Qui deduxisti reges ad perditionem, & gloriosos de lecto suo.
* Qui audis in Sina correptionem Domini, & in Choreb iudicia vindictæ.
* Qui vngis reges ad retributionem, & prophetas successores post eum.
* Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum.
* Qui scriptus es correptiones in tẽpora, ad leniendam iram iudicij Domini ad furorem; ad conuertendũ cor patris ad filium, & constituendum tribus Iacob.
* Beati qui viderunt te, & qui in dilectione dormierunt.
* Etenim nos vita viuemus.

12 ² Elias qui tectus est in turbine: & Elisæe repletus est spiritu sancto, & in diebus suis non commotus est à principibus, & non subiecit illum aliquis.

14 ² Omne verbum non sustulit eum, & in dormitione prophetauit corpus eius.

15 ² Et in vita sua fecit monstra, & in morte sua mirabilia opera sua.

16 ² In omnibus his non pœnituit populus, & non recesserunt à peccatis suis. vsquequo captiuati sunt de terra sua, & dispersi sunt in omni terra.

17 ² Et relictus est populus perpaucus, & princeps in domo Dauid.

18 ² Quidam enim fecerunt ipsorum placitū, quidam autem multiplicarunt peccata.

19 ² Ezechias muniuit ciuitatem suam, & induxit in mediū eius aquā: fodit in ferro rupem, & ædificauit fontes ad aquas.

20 ² In diebus ipsius ascendit Sennacherim, & misit Rabsacen de Lachis, & sustulit manū suam in Sion, & iactans factus est in superbia sua.

21 ² Tunc commota sunt corda & manus eorum, & doluerunt quasi parientes.

22 ² Et inuocauerūt Dominum misericordem, expandentes manus suas ad eum.

22 ² Et Sanctus de cælo exaudiuit eos, & redemit eos in manu Esaiæ.

24 ² Peſſumdedit castra Assyriorum, & contriuit illos angelus eius.

24 ² Fecit enim Ezechias placitum Domino, & fortis fuit in viis Dauid patris sui, sicut mandauit Esaias propheta magnus, & venerandus in conspectu eius.

25 ² In diebus eius regressus est Sol, & addidit vitam regi.

13 ² ἠλίας ὃς ἐσκεπάσθη ἐν λαίλαπι. καὶ ἐλισσαιε ἐνεπλήσθη πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐν ἡμέραις αὐτοῦ οὐκ ἐσαλεύθη ὑπὸ ἀρχόντων, καὶ οὐ κατεδυνάστευσεν αὐτὸν οὐδείς.

14 ² πᾶς λόγος οὐκ ὑπερῆρεν αὐτόν, καὶ ἐν κοιμήσει προεφήτευσε τὸ σῶμα αὐτοῦ.

15 ² καὶ ἐν ζωῇ αὐτοῦ ἐποίησε τέρατα, καὶ ἐν τῇ τελευτῇ αὐτοῦ θαυμάσια τὰ ἔργα αὐτοῦ.

16 ² ἐν πᾶσι τούτοις οὐ μετενόησεν ὁ λαός, καὶ οὐκ ἀπέστησαν ὑπὸ τὰν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. ἕως προεφωνεύθησαν ὑπὸ τῆς αἰχμαλωσίας αὐτῶν, καὶ διεσκορπίσθησαν ἐν πάσῃ τῇ γῇ.

17 ² καὶ ἐλελείφθη ὁ λαὸς ὀλιγοστὸς καὶ ἄρχων ἐν τῷ οἴκῳ δαυίδ.

18 ² τινες μὲν ἐποίησαν αὐτῶν τὸ ἀρεστόν, τινες δὲ ἐπλήθυναν ἁμαρτίας. ² ἐζεκίας ὠχύρωσε τὴν πόλιν αὐτοῦ, καὶ εἰσήγαγε εἰς μέσον αὐτῆς ὕδωρ. ὤρυξεν ἐν σιδήρῳ ἀκρότομον, καὶ ᾠκοδόμησε κρήνας εἰς ὕδατα.

20 ² ἐν ἡμέραις αὐτοῦ ἀνέβη σενναχηρείμ, καὶ ἀπέστειλε τὸν ραψάκην καὶ ἦλθεν· καὶ ἄπειρε χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ σιών, καὶ ἐμεγαλαύχησεν ἐν ὑπερηφανίᾳ αὐτοῦ.

22 ² τότε ἐσαλεύθησαν καρδίαι καὶ χεῖρες αὐτῶν, καὶ ὠδίνησαν ὡς αἱ τίκτουσαι.

22 ² καὶ ἐπεκαλέσαντο τὸν κύριον τὸν ἐλεήμονα ἐκπετάσαντες χεῖρας αὐτῶν πρὸς αὐτόν.

23 ² καὶ ὁ ἅγιος ἐξ οὐρανοῦ ἐπήκουσεν αὐτῶν, καὶ ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐν χειρὶ ἡσαΐου.

24 ² ἐπάταξε τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀσυνέτων, καὶ ἐξέτειψεν αὐτοὺς ὁ ἄγγελος αὐτοῦ.

25 ² ἐποίησε γὰρ ἐζεκίας τὸ ἀρεστὸν κυρίου, καὶ ἐνίσχυσεν ὁδοὺς δαυὶδ τοῦ πάππου αὐτοῦ, ὡς ἐνετείλατο ἡσαΐας ὁ προφήτης ὁ μέγας καὶ πιστὸς ἐν ὁράσει αὐτοῦ.

26 ² ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ ἀνέβη ὁ ἥλιος, καὶ προσέθηκε ζωὴν βασιλεῖ.

13 ² Helias qui in turbine tectus est, & in Heliseo completus est spiritus eius: in diebus suis nō pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum.

14 ² Nec superauit illum verbum aliquod, & mortuum prophetauit corpus eius.

15 ² In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia opera.

16 ² In omnibus illis non pœnituit populus, & non recesserunt à peccatis suis, vsque dum abiecti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram. ² Et relicta est gens perpauca, & princeps in domo Dauid. ² Quidam ipsorum fecerunt quod placeret Deo; alij autem multa commiserunt peccata.

19 ² Ezechias muniuit ciuitatem suam, & induxit in medium eius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteum.

20 ² In diebus ipsius ascendit Sennacherib, & misit Rabsacem, & sustulit manum suam contra illos, & extulit manum suam in Sion, & superbus factus est potentia sua.

22 ² Tunc mota sunt corda & manus ipsorum, & doluerunt quasi parturientes mulieres.

22 ² Et inuocauerunt Dominum misericordem, & expandentes manus suas extulerunt ad cælum, & sanctus Dominus Deus audiuit citò vocem ipsorum. ² Non est commoratus peccatorū ipsorum, neq; dedit illos inimicis suis, sed purgauit illos in manu Esaiæ sancti prophetæ.

24 ² Deiecit castra Assyriorum, & contriuit illos angelus Domini.

25 ² Nam fecit Ezechias quod placuit Deo, & fortiter iuit in via Dauid patris sui, quam mandauit illi Esaias propheta magnus & fidelis in conspectu Dei.

26 ² In diebus ipsius retrò rediit Sol, & addidit regi vitam.

27 ² Spiritu magno vidit vltima, & consolatus est lugentes in Sion vsq; in sempiternum.

28 ² Ostendit futura & abscondita antequam euenirent.

CAP. XLIX.

1 MEmoria Iosiæ in compositione odoris facta opus A pigmentarij. ² In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & vt musica in conuiuio vini. ² Ipse est directus in diuinitus in pœnitentia gentis, & tulit abominationes impietatis. ² Et gubernauit ad Dñm cor ipsius, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem. ² Præter Dauid & Ezechiam & Iosiam omnes reges peccatū commiserunt; ² Nam reliquerūt legem Altissimi regum Iuda, & contempserunt timorē Dei. ² Dederunt enim regnum suum aliis, & gloriam suam alienigenæ genti. ² Incenderunt electam sanctitatis ciuitatē, & desertas fecerūt vias ipsius in manu Hieremiæ:

6 ² Nam malè tractauerunt illum, qui à ventre matris consecratus est propheta, euertere & eruere, & perdere, & iterum ædificare & renouare. ² Ezechiel qui vidit conspectū gloriæ, quam ostēdit illi in curru Cherubin. ² Nam commoratus est inimicorū in imbre, benefacere illis rectas vias. ² Et duodecim prophetarum ossa pullulant de loco suo; nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis suę. ² Quomodo amplificemus Zorobabel? nam & ipse quasi signū in dextera manu Israel. ² Et Iesum filium Iosedech? qui in diebus suis ædificauerūt domum, & exaltauerunt templum sanctū Domino, paratū in gloriam sempiternam. ² Et Neemias in memoria multi temporis, qui D erexit nobis muros euersos, & stare fecit portas & seras, qui erexit domos nostras.

ECCLESIASTIC.

27 ² πνεύματι μεγάλῳ εἶδε τὰ ἔσχατα, καὶ παρεκάλεσε τοὺς πενθοῦντας ἐν σιών.

28 ² ἕως τοῦ αἰῶνος ὑπέδειξε τὰ ἐσόμενα, καὶ τὰ ἀπόκρυφα πρὶν ἢ γενέσθαι αὐτά.

μθ΄.

1 ² Μνημόσυνον ἰωσίου εἰς σύνθεσιν θυμιάματος· ἐσκιασμένον ἔργῳ μυρεψοῦ, ² ἐν παντὶ στόματι ὡς 2 μέλι γλυκανθήσεται, καὶ ὡς μουσικὰ ἐν συμποσίῳ οἴνου.

3 ² αὐτὸς κατεύθυνθη ἐν μετανοίᾳ 3 φυλοῦ, καὶ ἔξηρε βδελύγματα ἀδικίας. ² κατεύθυνε πρὸς κύριον τὴν καρδίαν αὐτοῦ, ἐν ἡμέραις ἀνόμων κατίσχυσε τὸν εὐσέβειαν.

4 ² πλὴν δαυὶδ καὶ ἐζεκίας καὶ ἰωσίας, πάντες ἠλλοτριώθησαν ἐκλιπόντες νόμον ὑψίστου, βασιλεῖς ἰούδα ἐξέλιπον.

6 ² ἔδωκε τὸ κέρας αὐτῶν ἑτέροις, 7 καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν ἔθνει ἀλλοτρίῳ.

8 ² ἐνέπρησαν ἐκλελεκτὴν πόλιν ἁγιάσματος, καὶ ἠρήμωσε τὰς ὁδοὺς αὐτῆς ἐν χειρὶ ἱερεμίου.

9 ² ἐκάκωσε γὰρ αὐτὸν, καὶ αὐτὸς ἐν μήτρᾳ ἡγιάσθη προεφήτης ἐκριζοῦν καὶ κακοῦν καὶ ἀπολλύειν, ὡσαύτως οἰκοδομεῖν καὶ καταφυτεύειν. ² ἰεζεκιὴλ ὃς εἶδεν ὅρασιν 10 δόξης, ἣν ὑπέδειξεν αὐτῷ ἐπὶ ἅρματος χερουβίμ. ² καὶ ἐμνήσθη 11 καὶ τῶν ἐχθρῶν ἐν ὄμβρῳ καὶ καλῶς ἐποίησε τοῖς ὁδηγοῦσιν ὁδοὺς.

12 ² καὶ τῶν δώδεκα προφητῶν εἴη τὸ μνημόσυνον ἐν εὐλογίαις. ² πῶς 13 μεγαλυνθῶμεν ζοροβαβέλ, καὶ αὐτὸς ὡς σφραγὶς ἐπὶ δεξιᾶς χειρός. ² ὕτως ἰησοῦς ἰωσεδέκ, οἵ ἐν 14 ἡμέραις αὐτῶν ᾠκοδόμησαν οἶκον, καὶ ἀνύψωσαν ναὸν ἅγιον κυρίῳ ἡτοιμασμένον εἰς δόξαν αἰώνιον. ² ὧν ἐν 15 ἐκλεκτοῖς ἦν νεεμίας ὁ πολὺ τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ, ὃς ἤγειρεν ἡμῖν τείχη πεπτωκότα, καὶ ἔστησε πύλας καὶ μοχλούς, καὶ ἀνήγειρεν τὰ οἰκόπεδα ἡμῶν

17 ² Spiritu magno vidit nouissima, & consolatus est lugentes in Sion.

18 ² Vsque in seculum ostendit futura, & abscondita antequam euenirent illa.

CAP. XLIX.

1 MEmoria Iosiæ in compositionem incensi: fabricato opere vnguentarij,

2 ² In omni ore quasi mel indulcabitur, & vt musica in conuiuio vini.

3 ² Ipse fuit directus in cōuersione populi, & abstulit abominationes iniquitatis.

4 ² Direxit ad Dominū cor suum, in diebus iniquorum corroborauit pietatem.

5 ² Præter Dauid & Ezechiam, & Zosiam, omnes erroreerrauerunt.

6 ² Reliquerunt enim legem Altissimi, reges Juda defece-
7 runt. ² Dedit cornu illorum alijs, & gloriam eorum genti alienæ. ² Combusserūt electam ciuitatē sanctitatis, & desertas fecit vias eius in
9 manu Hieremiæ. ² Malè tractauit enim illum. Et ipse in matrice sanctificatus est propheta ad eradicandū & malefaciēdum, & perdendum, similiter ædificandū et plan-
10 tandum. ² Iezeciel qui vidit conspectū gloriæ, quam ostendit ei in curru Cherubim.

11 ² Et enim memor fuit inimicorum in imbre, & dire-
12 xit dirigentes vias. ² Et duodecim prophetarū sit memoria in benedictionibus.

13 ² Quomodo magnificamus Zorobabel, & ipse quasi signaculum in dextera manu.

14 ² Sic Jesus filius Josedec, qui in diebus suis ædificauerunt domū, & exaltauerunt templum sanctū Dño paratum in
15 gloriam seculi. ² Et in electis fuit Neemias, cuius diuturna memoria eius, qui erexit nobis muros euersos, & statuit portas & vectes, et erexit sola domorum nostrarum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] *Nemo creatus est talis in terra qualis Enoch, & enim receptus est à terra.*

[a] *Neque sicut Ioseph fatus est vir princeps fratrũ,*

[a] *Firmamentum populi, & ossa illius visitata sunt à Domino.* [a] *Sem & Seth in hominibus gloriã adepti sunt & super omne in creatione Adam.*

CAP. L.

[a] *SImon filius Oniæ sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domũ, & in diebus suis firmauit populum.*

[a] *Et in ipso fundata est altitudo duplex reparatio, excelsus circuitus templi.*

[a] *In diebus eius diminuta sunt receptacula aquæ, ea tãquam maris supramodum.*

[a] *Curans populum suum à casu:* [a] *Et fortificans ciuitatem & obsidens, glorificatus es in conuersatione populi in exitu domus velamẽti.*

[a] *Quasi stella matutina in medio nubium, tanquã Luna plena in diebus suis.*

[a] *Et quasi arcus illuminans nubes gloriæ.*

[a] *Quasi Sol refulgens super templum Altissimi: quasi flos rosarum in diebus nouorũ. Quasi lilia in exitu aquæ. quasi germen Libani in diebus veris.*

[a] *Quasi ignis & Libanus in foco:*

[a] *Quasi vas auri solidũ ornatum omni lapide precioso.*

[a] *Quasi oliua decora germinans fructus, & quasi cypressus exaltata in nubibus: in recipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiendo illum consummationẽ gloriationis.*

[a] *In ascensu altaris sancti glorificauit circuitum sanctitatis.*

[a] *In autem accipiendo membra de manu sacerdotum & ipse stans iuxta focum aræ.*

[a] Nemo natus est in terra qualis Enoch; nam & ipse receptus est à terra. [a] Et Ioseph, qui natus est homo princeps fratrum: [a] Firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentũ populi, & ossa ipsius visitata sunt: [a] Et post mortem prophetauerunt. [a] Seth & Sem apud homines gloriã adepti sunt, & super omnem animam in origine Adam.

CAP. L.

[a] SImeon Oniæ filius sacerdos magnus, qui in vita sua diffulsit domũ, & in diebus suis corroborauit templum.

[a] Templi etiam altitudo ab ipso fundata est duplex extructio, & excelsi parietes templi. [a] In diebus ipsius emanauerunt putei aquarum, & quasi mare adimpleri sunt supra modum. [a] Qui curauit gentem suam, & liberauit eam à pessima ditione. [a] Qui præualuit amplificare ciuitatem, qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis, & ingressum domus & atrij amplificauit. [a] Quasi stella matutina in medio nebulæ: & quasi luna plena in diebus suis lucet. [a] Et quasi Sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei. [a] Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus veris, & quasi lilia, quæ sunt in traditu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis. [a] Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne. [a] Quasi vas auri solidum, ornatũ omni lapide pretioso. [a] Quasi oliua pullulans, & cypressus in altitudine se extollens: in accipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiri eum in consummatione virtutis. [a] In ascensu altaris sanctificauit gloriam dedit sanctitatis amictum. [a] In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, & ipse stans iuxta aram.

[a] Circa illũ corona fratrũ, & quasi plantatio cedri in mõte Libano: sic circa illũ steterunt quasi rami palmæ, & omnes filij Aaron in gloria sua.

[a] Oblatio autem Domini in manibus ipsorum coram omni synagoga Israel, & consummatione fungens in aram, amplificare oblationẽ excelsi regis. [a] Porrexit manũ suam in libatione, & libauit de sanguine vuæ. [a] Et effudit in fundamento altaris odorem diuinum excelso principi.

[a] Tunc exclamauerunt filij Aaron, in tubis ductilibus sonuerunt, & auditam fecerunt vocem magnã in memoriam coram Domino.

[a] Tunc omnis populus simul properauerunt, & ceciderunt in faciem super terram, adorare Dominũ Deum suũ, & dare preces omnipotenti Deo excelso.

[a] Et amplificauerunt psallentes in vocibus suis, & in magna domo factus est sonus suauitatis plenus. [a] Et rogauit populus Dñm excelsum prece, vsque dum perfectus est honor Domini, & munus suũ perfecerunt. [a] Tunc descendens manus suas, extulit in omnem congregationem filiorum Israel: dare gloriam Deo à labiis suis, & in nomine ipsius gloriari. [a] Et iterauit orationẽ suam, volens ostendere virtutem Dei.

[a] Et pòst rursum plus orauit Deum omnium: qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros à ventre matris nostræ, & fecit nobiscũ secundum suam misericordiam.

[a] Det nobis iocunditatẽ cordis, & fieri pacẽ in diebus nostris in Israel per dies sempiternos. [a] Credere Israel nobiscũ esse Dei misericordiam, vt liberet nos in diebus suis.

[a] Duas gentes odit anima mea, tertia autem non est gens quam oderim.

[a] *In circuitu eius corona fratrum, quasi plantatio cedrorum in Libano, & circũdederunt eum quasi rami palmarum: & omnes filij Aarõ in gloria sua.* [a] *Et oblatio Dñi in manibus ipsorum coram omni ecclesia Israel, & cõsummationẽ ministrans super aram, vt ornaret oblationẽ Altissimi omnipotentis.*

[a] *Porrexit in libatione manus suas, & libauit de sanguine vuæ.*

[a] *Effudit super fundamenta altaris odorem suauitatis excelso omnium regi.*

[a] *Tunc exclamauerunt filij Aaron, in tubis ductilibus sonuerunt. Auditam fecerũt vocem magnam in memoriam coram Altissimo.*

[a] *Tunc omnis populus comminuter properauit, & ceciderunt in faciem super terram: adorare Dominũ suum omnipotentem Deum altissimum.* [a] *Et laudauerunt psallentes vocibus suis: in plurimo sono dulce factum est melos.* [a] *Et roganit populus Dñm excelsum in oratione contra misericordem, vsque quo perfectus est ornatus Domini, & ministerium suũ perfecerũt.* [a] *Tũc descendẽs extulit manus suas in omnẽ cõgregationem filiorũ Israel, vt daret benedictionem Domini de labiis suis, & in nomine ipsius gloriaretur.* [a] *Et iterauerunt in adoratione vt acciperent benedictionem ab Altissimo.* [a] *Et nunc benedicite Deum omnium magna facientem solum vbique: qui exaltat dies nostros de matrice, & qui facit nobiscũ secũdum misericordiã suam.*

[a] *Et vt fiat pax in diebus nostris in Israel per dies seculi, vt cũ fide faciat nobiscum misericordiã eius, & in diebus nostris liberet nos.* [a] *Iu duabus gẽtibus onerosa fuit anima mea, et tertia nõ est gens.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui sedent in monte Samariæ, & viri qui habitant Philisthim, & populus fatuus qui habitat in Sicimis.

Disciplinam intellectus & scientiæ scripsit in libro isto Iesus filius Sirach Hierosolymita, qui distillauit sapiëtiam à corde. *Beatus qui in his versabitur: & qui posuerit ea super cor suum, sapiens erit.

*Si enim fecerit hæc, ad omnia valebit, quia lux Domini vestigium eius, & gaijs dedit sapientiam. Benedictus Dominus in seculum: fiat, fiat.

Oratio Iesu filij Sirach.

CAP. LI.

*Confitebor tibi Domine rex, & laudabo te Deũ saluatorem meum.

*Confiteor nomini tuo, quoniam protector & adiutor factus es mihi, & redemisti corpus meum à perditione,

*Et à laqueo calumniæ linguæ, à labijs operantium mendacium: & contra aduersarios meos, factus es adiutor.

*Et redemisti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui, à rugitibus paratis ad escam: de manu quærentium animam meam,

*De multis tribulationibus quas habui,

*A suffocatione flammæ in circuitu: de medio ignis non sum æstuatus:

*Et de profunditate ventris, & à lingua immunda, et à verbo mendacij regi calumnia, à lingua iniusta.

*Appropinquauit vsq; ad mortẽ anima mea;

*& vita mea erat prope infernũ infimum.

*Circundederunt me vndique, & non erat adiutor: inspiciebam ad subsidium hominum, & nõ erat.

*Et memoratus sum misericordiæ tuæ, Domine, & operationis huius à seculo.

*Qui sedent in monte Seir, & Philisthiim & stultus populus qui habitat in Sichimis.

*Doctrinã sapientiæ & disciplinę scripsit in codice isto Iesus filiꝰ Sirach Hierosolymita, qui renouauit sapientiam de corde suo.

*Beatus qui in his versatur bonis: qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper.

*Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit, quia lux Dei vestigium eius est.

Oratio Iesu filij Sirach.

CAP. LI.

A *Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum.

*Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione.

*A laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operantium mendacium, & in cõspectu astantium factus es mihi adiutor.

*Et liberasti me secundum multitudinẽ misericordiæ tuæ, & nominis tui, à rugientibus præparatis ad escam de manibus quærentium animam meam:

*Et de portis tribulationum quæ circundederunt me,

*A pressura flammæ, quæ circundedit me, & in medio ignis non sum æstuatus.

*De altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, à regis iniquo, & à lingua iniusta.

*Laudabit vsque ad mortem anima mea Dominum.

*Et vita mea appropinquauit erat in inferno deorsum.

*Circundederunt me vndique, & non erat qui adiuuaret: respiciens eram ad auxilium hominum, & non erat.

*Memoratus sum misericordiæ tuæ, Domine, & cooperationis tuæ, quæ à seculo sunt.

*Quoniam eruis sustinentes te, Domine, & liberas eos de manibus gentium.

*Exaltasti super terram habitationẽ meam, & pro morte defluente deprecatus sum.

*Inuocaui Dominum patrẽ Domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum sine adiutorio.

*Laudabo nomen tuum assiduè, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea.

*Et liberasti me de perditione, & eruisti me de tempore iniquo.

*Propterea confitebor & laudem dicam tibi, & benedicam nomini Domini.

*Cùm adhuc iunior sum priusquam oberrarem, quęsiui sapientiam palàm in oratione mea.

*Ante tempus postulabam pro illa, & vsque in nouissimis inquiram eam, & florebit tanquam præcox vua.

*Lætatum est cor meum in ea, ambulauit pes meus iter rectum', in iuuentute mea inuestigabam eam.

*Inclinaui modicè aurem meam, & excepi illam.

*Multam inueni in meipso sapientiam, & multum profeci in ea.

*Danti mihi sapientiã, dabo gloriam.

*Consiliatus sum enim vt facerem illam: zelatus sum bonum, & nõ confundar.

*Colluctata est anima mea in illa, & in faciendo eam confirmatus sum.

*Manus meas extendi in altũ, & in sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit.

*Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inueni eam.

*Possedi cum ipsa cor ab initio, propter hoc nõ derelinquar.

*Venter meus conturbatus est quærendo illam, propterea bonam possidebo possessionem.

*Dedit enim mihi Dominus linguam mercedẽ meam, & in ipsa laudabo eum.

*Quoniam eruis sustinentes, & liberas eos de manu inimicorum.

*Et exaltaui ab ira supplicationem meam, & pro morte liberationẽ rogaui.

*Et inuocaui Dominum patrem Domini mei vt non derelinquat me in die tribulationis, in tempore superborum destitutionis.

*Laudabo nomen tuum assiduè, & collaudabo te in confessione, & exaudita est oratio mea.

*Liberasti enim nos de perditione, & eruisti me de tempore iniquo.

*Propterea confitebor et laudabo te, & benedicam nomini tuo Domine.

*Adhuc existens iunior antequam errarem ipse, quæsiui sapientiã palàm in oratione mea.

*Ante templum orabam pro illa, & vsque in nouissimum exquiram eam: ex flore tanquam maturescentis vuæ.

*Lætatum est cor meum in ea: ambulauit pes meus in rectitudine, à iuuentute mea inuestigabam eam.

*Inclinaui aurem meam modicè, & excepi,

*Et multam inueni mihi sapientiam. Profectus factus est mihi in ea.

*Danti mihi sapientiam, dabo potentiam.

*Cogitaui enim vt facerẽ illam; & æmularer bonum, & non confundar.

*Colluctata est anima mea in illa, & in factione famis diligentiam adhibui.

*Manus meas extendi ad altitudinem, & ignorantias eius intellexi.

*Animam meam direxi ad illam, & in purgatione inueni eam.

*Cor possedi cum ipsa ab initio, propterea non derelinquar.

*Et cor meum conturbatum est quærendo illã. Propterea possẽdi bonam possessionem.

*Dedit Dominus linguam mercedem meam, et in ipsa laudabo eum.

* *Appropinquate ad me indocti, & habitate in domo disciplinæ.*
* *Cur tardatis aut quid dicitis in his, & animæ vestræ sitiunt vehementer?*
* *Aperui os meum, & locutus sum: comparate vobis sine pecunia.* * *Collum vestrum supponite sub iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam, in proximo est inuenire eam.*
* *Videte in oculis vestris quia laboraui, & inueni mihi multam requiem.*
* *Participate disciplinam in multo numero argenti, & multũ aurum possidete in ea.*
* *Lætetur anima vestra in misericordia eius, & ne exubescatis in laude eius.*
* *Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit mercedem vestram in tempore suo.*

31 * ἐγγίσατέ μοι ἀπαίδευτοι, καὶ αὐλίσθητε ἐν οἴκῳ παιδείας.
32 * διὰ τί ὑστερεῖτε ἢ τί λέγετε ἐν τούτοις, καὶ αἱ ψυχαὶ ὑμῶν διψῶσι σφόδρα.
33 * ἤνοιξα τὸ στόμα μου, καὶ ἐλάλησα, κτήσασθε ἑαυτοῖς ἄνευ ἀργυρίου.
34 * τὴν τράχηλον ὑμῶν ὑπόθετε ὑπὸ ζυγόν, καὶ ἐπιδεξάσθω ἡ ψυχὴ ὑμῶν παιδείαν, ἐγγύς ἐστιν εὑρεῖν αὐτήν.
35 * ἴδετε ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῶν ὅτι ἐκοπίασα, καὶ ἄνεσιν ἐμαυτῷ πολλὴν ηὑράπαυσιν.
36 * μετάσχετε παιδείας ἐν πολλῷ ἀριθμῷ ἀργυρίου, καὶ πολλὴν χρυσὸν κτήσασθε ἐν αὐτῇ.
37 * εὐφρανθείη ἡ ψυχὴ ὑμῶν ἐπὶ τῷ ἐλέει αὐτοῦ, καὶ μὴ αἰσχυνθείητε ἐν αἰνέσει αὐτοῦ.
38 * ἐργάσασθε τὸ ἔργον ὑμῶν πρὸ καιροῦ, καὶ δώσει τὸν μισθὸν ὑμῶν ἐν καιρῷ αὐτοῦ.

31 * Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ.
32 * Quid adhuc retardatis, & quid dicitis in his? animæ vestræ sitiunt vehementer.
33 * Aperui os meum, & locutus sum: comparate vobis sine argento sapientiam.
34 * Et collum vestrum subjicite iugo eius, & suscipiat anima vestra disciplinam: in proximo est enim inuenire eam.
35 * Videte oculis vestris, quia modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem.
36 * Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosum aurum possidete in ea.
37 * Lætetur anima vestra in misericordia eius, & non confundemini in laude eius.
38 * Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

ΤΕΛΟΣ ΤΗΣ ΣΟΦΙΑΣ ΙΗΣΟΥ ΤΟΥ ΣΙΡΑΧ.

FINIS LIBRI ECCLESIASTICI.

EX REGIS CATHOLICI MANDATO
Benedictus Arias Montanus D. Th. recensuit & probauit.

B. Arias Montanus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca